
BIBLIOTHECA
UNIV. IAGELL.
CRACOVIENSIS

20 cent



GRAMMATICARUM INSTITUTIONUM LIBRI IV.

PRO USU
SCHOLARUM NOVODVORSCIANARUM,
IN ALMA ACADEMIA CRACOVIENSI.

De Primis Grammaticæ Rudimentis.
De Etymologia seu potiùs Analogia.
De Syntaxi seu recta Partium Orationis Compositione.
De Prosodia, seu Versificatione.

HORUM PRIMO
adjecta sunt ista quinque:

Repetitionis & Reductionis instituendæ Ratio.
II. *Praxis scribendæ & elimandæ Compositionis.*
III. *Orthographia Latina & Polonica, cum aliquot formandorum Characterum exemplaribus, & modo parandi atramenti scriptorii.*
IV. *Alphabeti Græci, & Numerorum Notæ Arithmeticæ, Versiculi de Calendis, Nonis & Idibus.*
V. *Polonica plurimarum vocuum Latinarum Interpretatio.*

Operâ & Studiô.
M. LUCÆ PIOTROWSKI,
In eadem Academia Novodvorsciani Grammatices quondam Professoris.

PERMISSU SUPERIORUM.

Typis Collegii Majoris Universitatis Cracoviensis 1773.

M. CHRISTOPHORUS NAYMANOWICZ,

Medicinæ Doctor, Ordinarius Professor, Studii Universitatis Cracov: Generalis RECTOR.

Literarum honestissimarum salus & incolumitas haud facilè inter homines conservari posset, nisi essent tum ii, qui eas excolant, & propagare enitantur; quàm etiam hi, qui earum Cultores & Propagatores diligant, conatus ipsorum quàm diligentissimè promoveant, & cæteris omnino commodent. Nos itaq; muneris nostri id esse advertentes, GRAMMATICAS INSTITUTIONES à Nobili & Excellentissimo Viro LUCA PIOTROWSKI, *in Alma Nostra Universitate* Artium Magistro, & Philosophiæ Doctore, Novodvorsciano Grammatices Professore *conscriptas, & jam in lucem prodeuntes unà cum Tyrocinio ejusdem, quòd à primo Libro ferè nihil discrepare voluit; Auctoritate Nostra libentissimè approbamus atq; recipimus, utpote quas etiam ab iis, quorum intererat, visas, examinatas, approbatas & receptas esse, verè didicimus: Omnesq; Præceptores, tam eos, qui in privatis* Novodvorscianis Scholis *Juventutem erudiunt: quàm illos, qui ubiq: locorum in hoc amplissimo & florentissimo Regno,* Nostræ Academiæ *se genuinos Filios esse recognoscunt, hortamur, & pro Officio Nostro admonemus: ut prædictas Institutiones æquè, ac Nos ipsi, amplectantur, & animis Tyronum, quos erudiendos susceperunt, ex hoc uno Auctore Præcepta brevia, facilia, & sufficientia instillare intendant. Qua in re faciles omnium speramus fore animos, si cogitaverint secum, nihil magis obesse tenellis ingeniis, & eorum retardare profectum, quàm Præceptorum à diversis Auctoribus aliis atq; aliis verbis conscriptorum, minimè necessariam, & nunquam admittendam permutationem.*

VETU-

VETUSTISSIMÆ PROSAPIÆ,
Multorumqué Stemmatum,
DUCUM, COMITUM
ET
BARONUM
FILIIS.

ILLUSTRISSIMIS & MAGNIFICIS,
Ac
GENEROSIS DOMINIS,

ALEXANDRO à Koniecpole KONIECPOLSKI, Illustrissimi Castellani Cracoviensis Exercituum Regni Supremi DUCIS FILIO.

CONSTANTINO ALEXANDRO Duci de Ostrog in Zasław, Palatinidæ Kijoviensi.

ISIDORO JANUSIO Duci de Ostrog in Zasław, Palatinidæ Kijoviensi.

CONSTANTINO HYACINTHO LUBOMIRSKI, Comiti in Wiśnicz, Palat: Terrarum Russiæ.

CASIMIRO RADOMICKI, Palatinidæ Inowłocławiensi.

VLADISLAO CASIMIRO TARŁO, Palatinidæ Lublinensi.

STANISLAO DENHOFF, Palat: Derpat:

SIGISMUNDO DENHOFF, Palat: Derpat:

JOANNI STANISLAO KORYCINSKI, Castellanidæ Woynicen: Capitaneo Gniewc:

LUDOVICO ZIELINSKI, Castellanidæ Płocen:

NICOLAO GIZICKI, Castellanidæ Czernensi.
CHRISTOPHORO BALDOVINO de Tęczyn, OSSOLINSKI, Castel: Sandecensi, Aurato Equiti, Capitaneo Stopnicensi.
STANISLAO JOANNI de Ciswice CISWICKI, Castel: Strzemensi.
CASIMIRO ALBERTO ROXICKI, Castellanidæ Połanecensi.
SIGISMUNDO WIERZBOWSKI, Castellanidæ Inowłodensi.
CHRISTOPHORO PAC, Illustrissimi M. D. L. Supremi Thesaurarii FILIO.
JACOBO HIERONYMO ROZDRAZEWSKI, Comiti in Rozdrażew.
JOANNI de Dembiany DEMBINSKI, Illustris & Magnifici Domini Vexilliferi Cracov: FILIO.
GEORGIO ADAMO de Tęczyn OSSOLINSKI, Succamer: Sandomiriensi.
THEODATO & VLADISLAO FRĄCZKIEWICZ, de Radzimin Capit: Liden:
ALEXANDRO à Koniecpole KONIECPOLSKI.
STANISLAO à Koniecpole KONIECPOLSKI.
JOANNI & SAMUELI BRONIEWSKI, Capitan: Niep:
SEBASTIANO KAZANOWSKI, Vexillifer: Sandomiriensi.
ABRAHAMO & MARTINO LEZYNSKI.
CHRISTOPHORO de Starcze STARCZEWSKI.
STANISLAO GILTOWSKI.

M. LUCAS PIOTROWSKI

Salutem & Felicitatem.

Ubi

UBi primùm à Doctissimo & Admodum Reverendo Domino ADAMO OPATOVIO, Sacræ Theologiæ Doctore & Professore, Sanctæ ANNÆ Decano, & Scholarum Novodvorscianarum Vigilantissimo juxtà, ac felicissimo Provisore, *ad colligendum in Atheneo Novodvorsciano pulverem Olympicum ante biennium fueram vocatus,* Illustres Magnifici ac Generosi Domini, *protinus huc meas omnes curas & cogitationes conferre, meq; totum mente ac voluntate in id conjicere cœperam, ut muneri meo, voluntati & expectationi tanti Viri, commodis & profectui frequentissimorum Discipulorum, ingentiq; doctissimorum Juvenum coronæ pro candore meo & Academica sinceritate quolibet die satisfacerem cumulatissimè, tantò diligentiùs ac ferventiùs administrationi illius Provinciæ susceptæ insistens navare Studium & operam, quantò magis & evidentiùs, præter homines, Deum ipsum laborum, vigiliarum & solicitudinum mearum Judicem esse perspiciebam. Cujus quidem gratiâ & beneficio dum in dies magis ac magis in eorum omnium, quibus prima hominum ætas informari solet, humiles satis materias me ingurgito & ad infima quæq; Exercitia Tyronum non invitô animô demittô, multos modos, multasq; rationes reperio, quæ rudiori ætati excolendæ, ac informandæ, propter brevitatem, claritatem, ordinem, facilitatem, & sufficientiam, multò essent accomodatiores, quàm illæ ipsæ Ultrajectini, quas in manibus habet Juventus, præceptiones; quæ scilicet & pro altioris profectus, & alterius gentis ingeniis collectæ atq; conscriptæ esse videbantur, quas mutare vel castigare propter diuturnitatem, & tam longum temporis intervallum nefas omnino esse arbitrabar. Quod enim præmium, aut quod encomium, non laboris, sed potiùs audaciæ meæ retulissem, si tam egregii, & de arte Grammatica tam bene*

meriti

meriti Viri, *tot annis à cujusvis Archilochi dentibus atq; vibicibus libera scripta à me uno tandem vapulâssent & vulnus aliquod accepissent. Illæsis igitur* VALERII *præstantissimi* Grammatici Institutionibûs, *meas proprias, quas in hoc Avito & Sacrosancto* D. JAGELONIS Potentissimi Poloniæ REGIS *Parnasso concepi & conscripsi de sententia & Auctoritate* Admodum Reverendi D. ADAMI OPATOVII Sacræ Theologiæ Doctoris & Professoris *præstantissimi*, *in lucem mittendas*, *& in locum Ultrajectini putavi esse substituendas: prout nunc sub felicibus auspiciis* Clarissimi & Magnifici Domini CHRISTOPHORI NAYMANOWICZ, Medicinæ Doctoris & Ordinarii Professoris, Studii Universitatis Cracoviensis Generalis Rectoris, *tum quoq;* Ex mii & Admodum Reverendi Domini M. JACOBI VITELLII, Tyliciani Oratoris, Sanctæ ANNÆ Canonici, *& moderni Scholarum Novodvorscianarum* Provisoris *diligentissimi*, *è domesticis tenebris emancipatas*, Nobililissimæ ac florentissimæ Juventutis *usui addico*, *& deservire jubeo. Ne tamen vagæ & orphanæ in manus hominum deveniant*, Vobis *ipsis* Illustrissimi Heróës *duabus de causis volui esse consecratas, quarum altera est*, *ut meæ erga Vos propensissimæ voluntatis*, *& observantiæ evidens testimonium habentes*, *perpetui & officiosi cultûs atq; amoris saporem sentiatis; altera*, *ut eæ ipsæ Vestri Nominis splendore communitæ*, *omnium Meviorum impetus & sugillationes retundere & sustinere possint audaciùs. Quod quidem meum consilium non minùs æquum*, *quàm sapiens censendum esse existimo. A quo enim contra illud genus hominum*, *quod in alienis est Lynx*, *& acutum*, *in suis stupidum & talpa*, *præsidium aut certius*, *aut firmius*, *Lucubrationes meæ habeant*, *quàm ab his*, *quorum virtute*, *sapientia*, *& consiliô suus aliquando est defensura*

& fir-

& firmatura Patriæ libertates. Deinde verò cui potiùs alteri, animi, ingenii & studii mei pignus offeram? quàm Vobis, qui has ipsas Præceptiones nunc calamîs, nunc auribûs diligentissimè excipiebatis: quem inquam, alium munere isto insequar? quàm Vos ipsos, qui quasi tesseræ signô auditô, clarissimos Græciæ Heroas imitati, ad rapiendum Sapientiæ & Virtutum omnium vellus aureum ad Academiam istam frequentissimi confluxistis, fidemq; ac amorem Vestrum Majoribus non dissimilem, posteris imitandum, ac perpetuò conservandum, in primævam istius Regni inclyti Scholam sic declarâstis, ut æmulatio callida Vos videns & invidens etiam nunc ingemiscat: Academia verò benignissima Mater voluptate & lætitiâ perfusa maxima, meritò triumphare videatur. Mille etenim septa periculîs & infinitîs oppugnari cæpta artibûs, en quæ & quot apud se habet deposita Reipublicæ Cimelia? O felicem tuam Magne NOWODWORSKI *Palæstram! quam tantæ Patriæ Pignora & germina cum alia lectissima Juventute tam numeroso atq; copioso celebrant conventu. Felicem tuum Heliconal! felicissimam fundationem & liberalitatem! Cogitate* Illustrissimi Juvenes, *quid sibi sera ætas & progenies censebit esse faciendum, quum Vos tot, tales, tantos, tantorumq; Heroum Filios, intra eosdem parietes, intra unius anni curriculum, iisdem diebûs, immo iisdem ferè horîs me Præceptore usos, fuisse videbit? Quàm se facilem & morigeram decentium voluntati præbebit ac permittet! quum Vos præceptis & admonitionibus meis alacres paruisse, animosq; Vestros, subesse nescios, in libertate & ad libertatem natos, liberè educatos atq; libertati traditos, cum magna animi promptitudine voci meæ Vos submisisse & subjecisse cognoscet. Quanto cum studio & alacritate honestissimas artes amplectetur & tractabit! quum hoc meum Vestrorum laborum, certaminum, diligentiæ & tam ad*

studia,

ſtudia, quàm ad pietatem maximè ferveris teſtimonium ſibi ob oculos poſitum inſpiciet, & diligentiùs intuebitur. Quàm concordiæ amans, quàm amicitiæ & mutuorum officiorum ſtudioſa & eſſe & videri contendet! quum hanc Veſtram, quam colitis, benevolentiam & incredibilem animorum conſenſionem Vos ſemper foviſſe, atq; aluiſſe leget, audiet, mirabitur. quanta deniq; frequentia has Athenas petet, & ad hunc virtuti ac Sapientiæ devotum conſecratumq; fontem ſitim ſuam expletura accurret! quum præter Vos ipſos, alios quoq; Illuſtriſſimos, Magnificos ac Generoſos Dominos *magnarum Familiarum præclariſſima Lumina & Academiæ Noſtræ ſplendidiſſima Ornamenta, uno eodemq; tempore ad ejuſdem* aquæ lenè caput ſacræ membra ſtratos magnam partem ſemper de die ſolido dempſiſſe *commemorabit; quum ſcilicet* LUCAM CORNELIUM CHMIELECKI, Palat: Kijovien: HIERONYMUM POŁUBINSKI, Palatinidam Parnavienſem, VLADISLAUM ZIELINSKI Caſtellan: Płocen: CHRISTOPHORUM GIZICKI Caſtellan: Czern: LAURENTIUM GEMBICKI, Caſtellan: Rogozinen: JOANNEM TARNOWSKI Comitem à Tarnow, Caſtellan: Zarnovien: STEPHANUM LESNIOWSKI, Caſtellan: Czerniechovien: STANISLAUM PAC, Supremi M. D. L. Theſaurarii Filium, CHRISTOPHORUM ROZDRAZEWSKI, Comitem in Rozdrażew, THEODATUM OGINSKI, Capit: Rochaczovienſem, M. D. L. Vexillifer: NICOLAUM SAPIEHA, Capit: Viklinenſem, ANDREAM à Koniecpole KONIECPOLSKI, NICOLAUM CZURYŁO, STANISLAUM WICHROWSKI, *quibus ſub* Excellen: Domino Magiſtro DANIELE OTRĘBOSZ, *Poëtices ſtudio indulgere & operari placuit.* LUCAM

KRET-

KRETKOWSKI, Castel: Brzesczensem, IGNATIUM ROXICKI, Castellan: Połanecensem, CHRISTOPHORUM ZEGOCKI, Castellan: Prementen: STEPHANUM KORYCINSKI, Capitan: Oycoviensem, JOANNEM SAPIEHA, STEPHANUM & MARTINUM OBORSKI, Capit: VLADISLAUM de Oporow MILONSKI, JOANNEM KOSSAKOWSKI, Capit: Visnen: STEPHANUM & ALBERTUM GAJOWSKI, *qui se artibus Dialectices & Rhetorices imbuendos ac informandos* Excellen: Domino Magistro JOACHIMO SPERONOWICZ, *tradiderunt, quàm (inquam) hos omnes, aliosq; Nobilitate Generis Familiarum splendore, Nobilissimorum Parentum suorum officiis & dignitatibus claros atq; conspicuos Adolescentes, qui Vobiscum in iisdem Castris Minervæ cum sui Nominis laude & gloria immortali nunc militant, illa sera Posteritas in his liminibus constitisse, & in hac Palæstra desudâsse meditabitur: quantô desideriô, honestissimarum literarum amore inflammata hanc à Vobis tritam semitam calcare ardebit! præsertim verò si adhuc ex Vobis omnibus, qui nunc has privatas Scholas frequentatis, eorum numerum, quos publica Lectoria capere non possunt, colligere & consequi voluerit, quorum Nomina Virtus eorundem ad seros usq; transmittet Nepotes. Vos verò ipsi, huic fidelissimæ ac sanctissimæ Parenti, quæ Vos Filios suos,* sicut novellas olivarum in circuitu mensæ, *pietatis ac literarum simul studiis instituit ac imbuit quàm jucundam Nominum Vestri memoriam sitis relicturi! quæ ab ea beneficia vitæque præsidia ac ornamenta accipietis, tum quoq; quid illi vicissim tanquam Matri & Altrici beneficentissimæ perpetuò debeatis, tantò diligentiùs cogitabitis ac sæpiùs meditabimini; quantò è doctissimorum gravissimorumq; hominum numero plures reperiuntur, qui unum-*

numquemque Vestrum Reip: optimum Civem & pervigilem tutorem, Ecclesiæ Orthodoxæ propugnatorem acerrimum, Inclytæ hujus Universitatis perpetuum Amicum & Fratrem & esse dicunt, & f re ominantur. Quæ quidem ego omnia acclamatione fausta & votô sincerô excipiens, illud Vobis medullitus exopto, ut Serenissimo Potentissimo VLADISLAO IV. cui sit faustum, & felix quàm diutissimè imperium, ad gubernacula Reipublicæ sedente virtute Vestram ætatem præeunte, non tantùm DEI laudi & gloriæ, Regno Poloniæ splendori, Illustrissimis Parentibus voluptati, magnis atq; fundatissimis Familiis Vestris decori & Ornamento omnes crescatis: verùm etiam Patriæ & quorumvis optimorum votis satisfacientes, ac summam eorum spem de Vobis conceptam superantes, Majorum Vestrorum honores & loca, quæ Vos expectant, quàm primùm & quàm felicissimè occupetis; ut sic ex institutionis bonæ seminibus, atq; hac animorum Vestrorum recentium, tanquam novalium agrorum diligenti & fideli cultura, virtutum ac doctrinæ politioris fruges ad Patriam ornandam & juvandam uberrimè effundantur. Hoc ego Vobis voveo, hoc Mater ACADEMIA precatur, hoc ipsum Charissima Patria, Vestram Indolem perspiciens atq; secum tacita perpendens, pollicetur.

VALETE.

Cracoviæ, IV. Calendas Junii, Annô à Partu VIRGINIS, 1634.



ODE

ODE
DICOLOS TETRASTROPHOS.
NOBILI & EXCELLENTI
M. LUCÆ PIOTROWSKI,
Auctori Grammaticæ:
à
M. DANIELE OTRĘBOSZ Coll: Min:

PRæclarum celebris PODLACHIÆ decus,
PIOTROWSKI, proprio lumine qui tuo
Splendescis, Proavos & memoras diu
Claros ordine ,perpeti.
Felici rutilans prodeat omine
In lucem ingenii progenies tui,
Quam non imber edax, non Aquilo impetens
Tollet, vel fuga temporum.
Vir doctus Patriæ est murus aheneus,
Hostem non metuit sed latus obsidet,
Ictus ac removet fortiùs asperos
Duro Victor & impetu.
Magnis sæpè Viris munera Palladis
Dantur, quæ capiunt, ut decet optimo
Vultu. Num viridis, tempora quæ tegit,
Non est luminibus bene
Laurus digna tuis? Aspice quot nitent,
Ornati juvenes moribûs arteque?
Qui dulci Patriæ tempore mobili
Crescent fulgida lumina.
Quis nolit Patriam Filius impiger,
Musâ doctiloquâ cernere splendidam
Et munire sui dotibûs ingenîi
Contra barbariem feram.

LUCA,

LUCA, consilium condere si meum
Læto non renuis pectore; si libet
In Lucem ire meis carminibus, citò
Lucem nec tenebris dare;
Libros in tenebris non teneas tuos.
Quis noscat celebris carmina Pindari?
Quis clari videat Virgilii decus?
Si tanti lateant Viri.

AD NOBILEM & EXCELLENTEM
M. LUCAM PIOTROWSKI,
Auctorem Grammaticæ.
M. JOACHIMUS SPERONOWICZ, Col: Mi:

LUCA Dædaleæ Magister artis
Auctor, quâ teneram fide juventam.
Formes en labor iste comprobabit:
Pernox, perdius, ac bonis probandus.
Hoc te docta Minerva voce castâ
Desponsat sibi mente castiorem
Sponsum, docte Magister; hoc benigna
Mater post alios magis fovebit.
LUCA Dædalea Magister arte
Præstans, conspicui decor laboris;
Te virtus decoret bonîs honoris,
Artis Grammaticæ bonum Magistrum.
Promptum, perspicuum, gravem Magistrum,
Qui felix gravium rudis juventæ
Errorum perimis, docendo, monstra.
LUCA delicium Parentis Almæ,
Luces Lumine mentis, artis, oris,
Ac lucens bonus omnibus sub oris
Regni, vive diu, rogat Minerva,
LUCA Dædalei Magister ausûs.

Idem

Idem ad Polonam Juventutem.

HUc agite, ô Pueri, Generosæ florida stirpis
Gramina felici deproperate gradu.
Quo potuit studio, vester monumenta Magister
Grammaticæ docili nexuit ecce manu.
Queîs celeres teneram formatis ritè Juventam,
Dogmata Discipulis tradit amica suis.
Quin potiùs toti præbet nova munera Regno.
Sive antiqua novo prodita ab ingenio.
Ocyùs huc animos igitur præclara Polona,
Spes Patriæ, adverte, & dona Datoris ama.

M. GASPAR GELASINUS
Leopoliensis.

In Grammaticam Excellentissimi Collegæ sui.

PArve quid in lucem profers, dic quæso, libelle?
Artis primævæ dogmata casta fero.
Quid novi in hoc studio? res est antiqua; quid inde?
Ast novus est Auctor, mens nova, & ordo novus
Quisnam Auctor? LUCAS PIOTROWSKI, pectore toto
Maxima qui cunctis commoda ferre cupit.
Quæ mens Auctoris? studiosas ducere mentes;
Ut possint rectîs promere verba modîs.
Ordo quis & Methodus? facilis, brevis, obvia, prompta:
Sufficiens, qualem nostra Juventa cupit.
Ergo quid inde boni, jam cernis Lector amice,
Nobilis est Auctor, nobile dogma ferit.

In

In Grammaticam Nobilis & Excellentissimi

M. LUCÆ PIOTROWSKI,

THOMAS CZYCHRZYNSKI,

Art: & Phil: Baccal: Scholæ Elementorum Præsid:

PLurima Grammatices extant monumenta Priorũ,
Unum PIOTROWSKI, sed magè præstat opus.
Singula sic etenim prudens Præcepta Magister
Strinxit, debeat ut solus ubiq; legi.
Ordine tam suavi, sermoneq; simplice purus,
Ut Tyro vel per se discere cuncta queat.

Idem Nomine Juventutis.

LUCA Castalidum decus, & lux grata Sororum,
LUCA Junosiæ pulchra Propago Domûs.
Tot tribuant Superi tibi, quot tu munera Nobis
Præstæs, optamus Nos Studiosa cohors.
Sic vireas renovans vetera, ut renovetur in ævum,
Antiquis major laus tua GRAMMATICIS.
Augur ego semper lingva resonante novella,
Stemma tuum tecum laus super astra vehet.

AD LECTOREM.

ANtiqua GRAMMATICORUM Præcepta novîs induta formîs, & ad breviorem, convenientioremqué ordinem & mothodum revocata, pro communi teneræ ætatis utilitate, & scribere & proferre, nemo quempiam, Lector Benevole, vetabit aut ægrè ferre videbitur: nisi is, qui nec à se, nec ullo alio in quemqua vel minima vellet commoda derivari. Unde minimè hoc meum mireris consilium, qui in tanta præstantissimorum Auctorum frequentia publico Juventutis bono per me consultum esse cupiens, hasce meas de puro & emendato sermone audeo evulgare Institutiones, in quibus quid

tradetur

tradetur, ex Synopsi cuilibet Libro à fronte præmissa addisces. Porrò ut hæc jejuna Grammaticæ Præcepta citiùs à Tyronibus, intelligantur, eorumq; memoriæ altiùs imprimantur, scies me eandem rem iisdem verbis ubi erat possibile, iisq; simplicissimis, expressisse, ut apparet ex Lib. 1. & 2. itemq; ex tabulis iis, quas in Numeros & Regulas dispertivi. Ubi verba à principio Tabulæ posita, duabus tribus & aliquando pluribus conveniunt Regulis, quæ quidem magna laboris parte pueros levabunt. Sic etenim si unam didicerit Regulam, alterius quoq; jam mediam partem didicisse, & in explicatione intellexisse videbitur: unde verba talia toties erunt iteranda, quot habebuntur Regulæ. Præcepta præcipua & magìs necessaria majoríbus Characteribus ideò sunt impressa, ut hæc sola à principio Tyronibus proponantur. Majore quidem Charactere, minorem tum Etymologiam, tum Syntaxim volui complecti; minutiore verò majorem. Accentum polysyllabis addidi vocibus, ut rectam maturo tempore pronuntiationem Tyrones condiscant, quamvis in nonnullis locis contra meam voluntatem nunc est prætermissa. Admonitiones & Annotationes longiores nullibi sunt recitandæ. Titulos immò etiam chartas habeat Tyro numeratas, ita enim quid, quoq; loco tradatur, & nôsse & citò invenire poterit. Flexio Nominum ut per Regulas casuum fiat, diligenter curetur. Quæ verò nunc ultro sunt suppressa, alias (si videbitur) ut adsint; curabo, tunc quoq; & alia, quæ profectui Puerorum proficua advertam. Cæterum si alicubi tuæ L. C. non satisfacio voluntati, habita ratione tum ætatis, tum ingenii, maximè verò aliarum occupationum mearum benignum te mihi hac vice & benevolum præbere non gravaberis: tot enim hic non modò præcepta, verùm etiam dubia, & opiniones reperiuntur, ut difficile sit non minùs omnia enumerare, quàm tutiorem partem eligere. Quod si autem hæ laboris mei primitiæ feliciter cesserint, aliquid aliud à nobis Nobilissima Juventus DEO favente poterit expectare. Vale.



Errores, quos hìc aliena exaravit manus, quisq́; pro ſuo in nos bono affectu corrigat, oramus.



GRAMMATICARUM INSTITUTIONUM LIBER I.

DE PRIMIS GRAMMATICÆ RUDIMENTIS.

UBI RRO TENELLIS PUERORUM

I*Ngeniis generaliora tantùm Etymologiæ Præcepta: unà cum Declinationum ac Conjugationum Formulis atq; exemplis traduntur.*



Ad [illegible]um [illegible]
ris Jos[illegible] [illegible]
die 29 Junii
A[o] [illegible].

GRAMMATIC: INSTITUTIONUM
LIBER I.
DE PRIMIS GRAMMATICÆ RUDIMENTIS.

QUid est GRAMMATICA? *Est ars, quæ docet bene loqui, bene ſcribere, & bene pronuntiare.*

Quot ſunt Partes Grammaticæ? *Quatuor: Orthographia, Etymologia, Syntaxis, & Proſodia.*

Quid est
1. Orthographia? *Est pars Grammaticæ, quæ docet bene ſcribere.*
2. Etymologia? *Est pars Grammaticæ, quæ docet voces formare, ſeu inflectere, & earum Accidentia cognoſcere.*
3. Syntaxis? *Est pars Grammaticæ, quæ docet duas vel plures voces inter ſe rectè conjungere.*
4. Proſodia? *Est pars Grammaticæ, in qua Syllabarum Quantitas, Pedes metrici, Carminum Genera & Accidentia traduntur.*

DE LITERIS.

Quot ſunt
2. Literæ? *Viginti tres,* A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z.
2. Vocales? *Sex,* A e i o u y.
3. Conſonantes? *Sexdecem, ſcilicet omnes Literæ præter Vocales, & literam* h.

J, & V, *ſunt Conſonantes in iſtis Syllabis:* ja, je, ji, jo, ju. Va, ve, vi, vo, vu, *ùt:* Jane, Valentine, veni, vide, volatus, vulturum.

Quid fit ex
1. Vocalibus? *Diphthongi quatuor præcipuè,* æ, œ, au, eu, *ut* æs, pœna, aurum, euge.
2. Literis? *Syllaba, ùt* Ma, ri, a, Vir, go.
3. Syllabis? *Voces, ùt* Maria, Virgo.
4. Vocibus? *Oratio, ùt* Maria, est Virgo & Mater Dei.

Partes Orationis

1. Quot sunt? *Octo*, Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Adverbium, Conjunctio, Præpositio, Interjectio.
2. Quotuplices sunt? *Duplices*, Declinabiles, & Indeclinabiles.
3. Declinabiles quot sunt? *Quatuor*, Nomen, Pronomen, Verbum, Participium. (Cur dicuntur declinabiles? *Quia in fine suas terminationes variare possunt.*)
4. Indeclinabiles quot sunt? *Quatuor*, Adverbium, Conjunctio, Præpositio, Interjectio. (Cur dicuntur indeclinabiles? *Quia in fine suas terminationes variare non possunt.*)

DE NOMINE.

Quid est Nomen? *Est vox per Casus declinabilis, rem sinè tempore significans*, ùt DEUS, Angelus, homo.

Quotuplex est Nomen

1. *Duplex*, Substantivum, & Adjectivum.
2. Substantivum? *Duplex*, Proprium & Appellativum.
3. Adjectivum? *Duplex*, Comparabile & Incomparabile.
4. Adjectivum, Comparabile, & Incomparabile? *Triplex: unius terminationis, duarum terminationum, trium terminationum:*

Quid est Nomen Substantivum? *Quod tres artitulos istos*: hic, hæc, hoc, *simul habere non potest*, ùt Fenestra, Fornax, &c:

Quid est Nomen Adjectivum? *Quod tres articulos istos:* hic, hæc, hoc, *simul habere potest*, ut Bonus, Albus

Quid

Quid est Nomen

1. Proprium? *Quod uni rei tantùm propriè convenit*, ùt Paulus, Cracovia, Ruſſia.
2. Appellativum? *Quod multis convenire poteſt*, ùt Homo, Urbs, Regio, &c:
3. Comparabile? *Cujus ſignificatio augeri, vel minui poteſt*, ùt Magnus, major, maximus.
4. Incomparabile? *Cujus ſignificatio nec augeri, nec minui poteſt*, ùt Aureus, Regius, Cæleſtis.
5. Unius terminationis? *Quod unam habet terminationem*, ùt hic, hæc, hoc, audax, felix.
6. Duarum terminationum? *Quod duas habet terminationes*, ùt fortis, forte.
7. Trium terminationum? *Quod tres habet terminationes*, ùt Bonus, bona, bonum.

Quot ſunt Nominū

1. Accidentia? *Sex*, Figura, Species, Genus, Declinatio, Numerus, Caſus, Comparatio, his additur, (*ſed hæc ſoli Adjectivo Comparabili convenit.*)
2. Figuræ? *Tres*, Simplex, ùt *Parabilis*, Compoſita, ùt *Comparabilis*, Decompoſita, ùt *incomparabilis*.
3. Species? *Duæ*, Primitiva, ùt *Aurum*, *Rex*, Derivativa, ùt *Aureus*, *Regius*.
4. Genera? *Sex*, Maſculinum, Fæmininum, Neutrum, Omne, Commune, Dubium, Epicænum *ſub* Maſculino, *vel* Fæminino *continetur*.
5. Declinationes? *Quinque*, Prima, Secunda, Tertia, Quarta, Quinta.
6. Numeri? *Duo*, Singularis, ùt *Vir*, *Puer*, Pluralis, ùt *Viri*, *Pueri*.
7. Caſus? *Sex*, Nominativus, Genitivus, Dativus, Accuſativus, Vocativus, & Ablativus.

Quod Nomen est Generis	Masculini?	*Cui præponitur in Nominativo Singulari.*	hic, *ùt* hic *Vir*,
	Fæminini?		hæc, *ùt* hæc *Mulier*,
	Neutrius?		hoc, *ùt* hoc *Animal*,
	Omnis?		hic, hæc, hoc, *Audax*,
	Communis?		hic, & hæc, *fortis*,
	Dubii?		hic *vel* hæc *dies*.

DE COMPARATIONE.

Quæ Nomina comparantur? *Sola Adjectiva, quorum significatio augeri vel minui potest, ùt* Magnus, major, maximus, Parvus, minor, minimus.

Quot sunt gradus comparationis? *Tres*, Positivus, Comparativus, Superlativus.

Comparativus quot habet terminationes? *Duas*, Or, *&* Us, *sub prima est Generis Communis, sub secunda Neutrius, & sub utraq; est tertiæ Declinationis, ùt* hic, *&* hæc gravior, *&* hoc gravius.

Superlativus quot habet terminationes? *unam generalem* mus,
Et tres speciales præcipuas { Simus, *ùt Doctissimus*, Rimus, *ùt Nigerrimus*, Limus, *ùt Humillimus*.

Quotuplex est Comparatio? *Duplex, Regularis & irregularis.*

DE COMPARATIONE REGULARI.

Quid est Comparatio Regularis? *Quando & Comparativus & Superlativus, vel saltem unus eorum à Positivo formatur.*

Unde formatur Comparativus? *à Genitivo vel Dativo Positivi desinente in I, additâ Syllabâ* or, *&* us, *ùt ab* Amicus, amici, *fit* amicior, amicius, à Felix, felicis, felici, *fit* felicior, felicius.

Unde

Unde formatur Superlativus? *à Genitivo Positivi addito* ssimus *vel* simus, *ut à* doctus docti, *fit* doctissimus, *ab* audax audacis, *fit* audacissimus.

Quotuplex est Comparatio Regularis? *Triplex*, Abundans, Defectiva, & Media, *id est*, *nec* Abundans, *nec* Defectiva.

Quid est Comparatio Media? *Quando Adjectivum Comparabile unum tantùm habet Positivum, unum Comparativum, & unum Superlativum, neq; ullô ex ipsis deficit.*

EXEMPLUM.

VERUS quali Comparatione comparatur? *Regulari*, Quali Regulari? *Media*, Compara.

In Genere Masculino.

In Gradu	Positivo	*Hic Verus, ri,*
	Comparativo	*Hic Verior, oris,*
	Superlativo	*Hic Verissimus, mi.*

In Genere Fæminino.

In Gradu	Positivo	*Hæc vera, veræ,*
	Comparativo	*Hæc Verior, verioris,*
	Superlativo	*Hæc Verissima, mæ.*

In Genere Neutro.

In Gradu	Positivo	*Hoc Verum, ri,*
	Comparativo	*Hoc Verius, oris,*
	Superlativo	*Hoc Verissimum, mi.*

Sive etiam hoc modo.

In Genere	Masculino,	*Hic Verus, verior, verissimus,*
	Fæminino	*Hæc Vera, verior, verissima,*
	Neutro	*Hoc Verum, verius, verissimum.*

Seu denique sic.

Hic Verus, verior, verissimus, Hæc Vera, verior, verissima, Hoc Verum, verius, verissimum.

DE-

DE COMPARATIONE IRREGULARI.

Quid eſt Comparatio Irregularis? *Quando nec Comparativus, nec Superlativus à Poſitivo formatur.*

Quot ſunt Adjectiva, quæ irregulariter comparantur? *Quinque iſta,* Bonus, malus, magnus, parvus, multus.

Compara *BONUS.*

In Genere	Maſculino,	*Bonus,*	*melior,*	*optimus,*
	Fæminino,	*Bona,*	*melior,*	*optima,*
	Neutro,	*Bonum,*	*melius,*	*optimum,*
In Genere	Maſculino,	*Malus,*	*pejor,*	*peſſimus,*
	Fæminino,	*Mala,*	*pejor,*	*peſſima,*
	Neutro,	*Malum,*	*pejus,*	*peſſimum,*
In Genere	Maſculino,	*Magnus,*	*major,*	*maximus,*
	Fæminino,	*Magna,*	*major,*	*maxima,*
	Neutro,	*Magnum,*	*majus,*	*maximum,*
In Genere	Maſculino,	*Parvus,*	*minor,*	*minimus,*
	Fæminino,	*Parva,*	*minor,*	*minima,*
	Neutro,	*Parvum,*	*minus,*	*minimnm,*
In Genere	Maſculino,	*Multus,*	-----	*plurimus,*
	Fæminino,	*Multa,*	-----	*plurima,*
	Neutro,	*Multum,*	*plus,*	*plurimum.*

Admonitio. *Generales Caſuum in quavis Declinatione Terminationes ex ſequentibus Schematiſmis, ſeu Formulis cognoſcentur. Porro Aſteriſcus ſeu ſtellula nonnullis Caſibus in his Formulis appoſita docet & admonet Caſus iſtos, qui Aſteriſcô notantur, in quibusdam Nominibus aliter, quàm in Formula exprimitur, eſſe formandos, iſta autem Nomina in Libro Secundo, eâ paginâ, quæ in margine eſt ſcripta, quærere oportebit.*

Primæ

Primæ Declinationis Formula.

Numerô Singularî.

Nomi:	a,	as,	es,	e,	am,	
Genit:	æ,	† æ,	æ,	es	æ,	
Dativ:	æ,	† æ.	æ.	e,	æ,	Pag: 152.
Accus:	am,	an, am,	en, am,	en,	am,	
Voca:	a,	a,	e, a,	e, a,	am,	
Ablat:	a,	a,	e, a,	e, a.	a,	

Numerô Pluralî.

Nomi:	æ,	æ,	æ,	æ,	æ,	
Genit:	arum,	arum,	arum,	arum,	arum,	
Dativ:	is, †	is,	is,	is,	is,	Pag: 153.
Accus:	as,	as,	as,	as,	as,	
Voca:	æ,	æ,	æ,	æ,	æ,	
Ablat:	is, †	is,	is,	is,	is,	

Secundæ Declinationis Formula.

Numerô Singularî.

Nomi:	er,	ir,	ur,	um,	us,	eus,	
Genit:	i,	i,	i,	i,	i, †	i,	Pag: 155.
Dativ:	o,	o,	o,	o,	o, †	o,	
Accus:	um,	um,	um,	um,	um,	um, a,	
Vocat:	er,	ir,	ur,	um	e †	eu,	
Ablat:	o,	o,	o,	o,	o,	o.	

Numerô Pluralî.

Nomi:	i,	i,	i,	a,	i,	i,
Genit:	orum,	orum,	orum,	orum,	orum,	orum,
Dativ:	is,	is,	is,	is,	is,	is,
Accus:	os,	os,	os,	a,	os,	os,
Vocat.	i,	i,	i,	a,	i,	i,
Ablati:	is,	is,	is,	is,	is,	is.

Tertiæ Declinationis Formula.

Numerô Singularî.

Nomi:	a,	e,	o, l, n, r, x,
Genit:	tis, *vel* tos,	is,	is, †† *Pag:* 157. *ad* 170.
Dativ:	ti,	i,	i,
Accus:	a,	e,	em, *bb*, *Pag:* 170.
Vocat:	a,	e,	*similis Nominativo.*
Ablati:	te,	i,	e, †† *Pag:* 171.

Numerô Pluralî.

Nomi:	ta,	ia,	es, *b*
Genit:	tum, *vel* ton,	ium,	um, ✠✠ *Pag:* 171.
Dativ:	tis, *vel* ibus,	ibus,	ibus,
Accus:	ta,	ia,	es, *bb*, *Pag:* 171.
Vocat:	ta,	ia,	es. *b*,
Ablati:	tis, *vel* ibus,	ibus,	ibus.

Quartæ Declinationis Formula.

Numerô Singularî, Numerô Pluralî.

Nomi:	us,	u,	Nomi.	us,	ua,
Genit:	ús,	u,	Genit:	uum,	uum,
Dativ:	ui,	u,	Dativ:	ibus,	ibus, ✠
Accus:	um,	u,	Accus:	us,	ua, ✠ 174.
Voca:	us,	u,	Vocat.	us,	ua,
Ablat.	u,	u,	Ablati.	ibus,	ibus, ✠

Quintæ Declinationis Formula.

Numerô Singularî, Numerô Pluralî.

Nominativô,	es,	Nominativô,	es,
Genitivô,	ei,	Genitivô,	erum,
Dativô,	ei,	Dativô,	ebus,
Accusativô,	em,	Accusativô,	es,
Vocativô,	es,	Vocativô,	es,
Ablativô,	e,	Ablativô,	ebus,

PRIMA DECLINATIO.

Numerô Singularî.

Nomi:	*Hic*	Poëta	Æneas	Anchises,
Genit:	*hujus*	Poëtæ	Æneæ	Anchisæ,
Dativ:	*huic*	Poëtæ	Æneæ	Anchisæ,
Accus:	*hunc*	Poëtam	Æneam	Anchisen, am,
Vocat:	*ô*	Poëta	Ænea	Anchise, a,
Ablat:	*ab hoc*	Poëta	Ænea	Anchise, a,

Numerô Plurali.

Propria etiam in plurali juxta quosdam declinantur.

Nomi:	*Hi*	Poëtæ	Æneæ	Anchisæ,
Genit:	*horum*	Poëtarum	Æneарum	Anchisarum,
Dativ:	*his*	Poëtis	Æneis	Anchisis,
Accus:	*hos*	Poëtas	Æneas	Anchisas,
Vocat:	*ô*	Poëtæ	Æneæ	Anchisæ,
Ablat:	*ab his*	Poëtis	Æneis	Anchisis,

Numerô Singularî.

Nomi:	*Hæc*	Via	Dea	Una	Ode,
Genit:	*hujus*	Viæ	Deæ	Unius	Odes,
Dativ:	*huic*	Viæ	Deæ	Uni	Ode,
Accus:	*hanc*	Viam	Deam	Unam	Oden,
Vocat:	*ô*	Via	Dea	Una	Ode,
Ablat:	*ab hac*	Via	Dea	Una	Ode,

Numerô Pluralî.

Nomi:	*Hæ*	Viæ	Deæ	Unæ	Odæ,
Genit:	*harum*	Viarum	Dearum	Unarum	Odarum
Dativ:	*his*	Viis	Deabus	Unis	Odis,
Accus:	*has*	Vias	Deas	Unas	Odas,
Vocat:	*ô*	Viæ	Deæ	Unæ	Odæ,
Ablat:	*ab his*	Viis	Deabus	Unis	Odis.

SECUN-

SECUNDA DECLINATIO.

Numerô Singulari.

Nomi:	*Hic*	Dominus	Thydeus	Unus,
Genit:	*hujus*	Domini	Thydei	Unius,
Dativ:	*huic*	Domino	Thydeo	Uni,
Accus:	*hunc*	Dominum	Thydeum, a	Unum,
Vocat:	*ô*	Domine	Thydeu	Une,
Ablat:	*ab hoc*	Domino	Thydeo	Uno.

Numerô Plurali.

Nomi:	*Hi*	Domini	Thydei	Uni,
Genit:	*horum*	Dominorum	Thydeorum	Unorum,
Dativ:	*his*	Dominis	Thydeis	Unis,
Accus:	*hos*	Dominos	Thydeos	Unos,
Vocat:	*ô*	Domini	Thydei	Uni,
Ablat:	*ab his*	Dominis	Thydeis	Unis.

Numerô Singulari.

Nomi:	*Hic*	Vir	Liber	Puer,
Genit:	*hujus*	Viri	Libri	Pueri,
Dativ:	*huic*	Viro	Libro	Puero,
Accus:	*hunc*	Virum	Librum	Puerum,
Vocat:	*ô*	Vir	Liber	Puer,
Ablat:	*ab hoc*	Viro	Libro	Puero.

Numerô Plurali.

Nomi:	*Hi*	Viri	Libri	Pueri,
Genit:	*horum*	Virorum	Librorum	Puerorum,
Dativ:	*his*	Viris	Libris	Pueris,
Accus:	*hos*	Viros	Libros	Pueros,
Vocat:	*ô*	Viri	Libri	Pueri,
Ablat:	*ab his*	Viris	Libris	Pueris.

Nume-

Numerô Singularî.

Nominativô	*Hæc*	Fagus	Diphthongus,
Genitivô	*hujus*	Fagi	Diphthongi,
Dativô	*huic*	Fago	Diphthongo,
Accusativô	*hanc*	Fagum	Diphthongum,
Vocativô	*ô*	Fage	Diphthonge,
Ablativô	*ab hac*	Fago	Diphthongo.

Numerô Pluralî.

Nominativô	*Hæ*	Fagi	Diphthongi,
Genitivô	*harum*	Fagorum	Diphthongorum,
Dativô	*his*	Fagis	Diphthongis,
Accusativô	*has*	Fagos	Diphthongos,
Vocativô	*ô*	Fagi	Diphthongi,
Ablativô	*ab his*	Fagis	Diphthongis.

Numerô Singularî.

Nomi:	*Hoc*	Scamnum	Unum	Scholion, *vel* um,
Genit:	*hujus*	Scamni	Unius	Scholii,
Dativ:	*huic*	Scamno	Uni	Scholio,
Accus:	*hoc*	Scamnum	Unum	Scholion, *vel* um,
Vocat:	*ô*	Scamnum	Unum	Scholion, *vel* um,
Ablat:	*ab hoc*	Scamno	Uno	Scholio.

Numerô Pluralî.

Nomi:	*Hæc*	Scamna	Una	Scholia,
Genit:	*horum*	Scamnorum	Unorum	Scholiorum,
Dativ:	*his*	Scamnis	Unis	Scholiis,
Accus:	*hæc*	Scamna	Una	Scholia,
Vocat:	*ô*	Scamna	Una	Scholia,
Ablat:	*ab his*	Scamnis	Unis	Scholiis.

TER-

TERTIA DECLINATIO.

Numerô Singularî.

Nomi:	*Hic*	Lepus	Delphin,
Genit:	*hujus*	Leporis	Delphinis, *vel* Delphinos,
Dativ:	*huic*	Lepori	Delphini,
Accus:	*hunc*	Leporem	Delphinem, *vel* Delphina,
Vocat:	*ô*	Lepus	Delphin,
Ablat:	*ab hoc*	Lepore	Delphine.

Numerô Pluralî.

Nomi:	*Hi*	Lepores	Delphines,
Genit:	*horum*	Leporum	Delphinũ, *vel* Delphinon,
Dativ:	*his*	Leporibus	Delphinibus,
Accus:	*hos*	Lepores	Delphines, *vel* Delphinas,
Vocat:	*ô*	Lepores	Delphines,
Ablat:	*ab his*	Leporibus	Delphinibus.

Numerô Singularî.

Nomi:	*Hæc*	Ratio	Vis	Navis,
Genit:	*hujus*	Rationis	Vîs	Navîs,
Dativ:	*huic*	Rationi	Vi	Navi,
Accus:	*hanc*	Rationem	Vim	Navim, *vel* em,
Vocat:	*ô*	Ratio	Vis	Navis,
Ablat:	*ab hac*	Ratione	Vi	Navi, *vel* e,

Numerô Pluralî.

Nomi:	*Hæ*	Rationes	Vires	Naves,
Genit:	*harum*	Rationum	Virium	Navium,
Dativ:	*his*	Rationibus	Viribus	Navibus,
Accus:	*has*	Rationes	Vires	Naves,
Vocat:	*ô*	Rationes	Vires	Naves,
Ablat:	*ab his*	Rationibus	Viribus	Navibus.

Nume-

Numerô Singularî.

Nomi:	*Hæc*	Icon	Phrasis,
Genit:	*hujus*	Iconis *vel* os	Phrasis *vel* eos *vel* ios,
Dativ:	*huic*	Iconi	Phrasi,
Accusi:	*hunc*	Iconem *vel* a	Phrasim *vel* in,
Vocat:	*ô*	Icon	Phrasis,
Ablat:	*ab hac*	Icone	Phrasi.

Numerô Pluralî.

Nomi:	*Hæ*	Icones	Phrases,
Genit:	*harum*	Iconum *vel* on	Phrasium *vel* on,
Dativ:	*his*	Iconibus	Phrasibus,
Accus:	*has*	Icones *vel* as	Phrases,
Vocat:	*ô*	Icones	Phrases,
Ablat:	*ab his*	Iconibus	Phrasibus.

Numerô Singularî.

Nomi:	*Hoc*	Comma	Animal	Moly,
Genit:	*hujus*	Commatis	Animalis	Molyis *vel* os,
Dativ:	*huic*	Commati	Animali	Molyi,
Accus:	*hoc*	Comma	Animal	Moly,
Vocat:	*ô*	Comma	Animal	Moly,
Ablat:	*ab hoc*	Commate	Animali	Molye.

Numerô Pluralî.

Nomi:	*Hæc*	Commata	Animalia	Molya,
Genit:	*horum*	Commatum	Animalium	Molyũ *vel* on,
Dativ:	*his*	Commatibus	Animalibus	Molybus,
Accusi	*hæc*	Commata	Animalia	Molya,
Vocat:	*ô*	Commata	Animalia	Molya,
Ablat:	*ab his*	Commatibus	Animalibus	Molybus.

Nume-

Numerô Singularî.

Nomi:	*Hoc*	Tempus	Grave	Gravius,
Genit:	*hujus*	Temporis	Gravis	Gravioris,
Dativ:	*huic*	Tempori	Gravi	Graviori,
Accuſ:	*hoc*	Tempus	Grave	Gravius,
Vocat:	*ô*	Tempus	Grave	Gravius,
Ablat:	*ab hoc*	Tempore	Gravi	Graviore, *vel* i,

Numerô Pluralî.

Nomi:	*Hæc*	Tempora	Gravia	Graviora,
Genit:	*horum*	Temporum	Gravium	Graviorum,
Dativ:	*his*	Temporibus	Gravibus	Gravioribus,
Accuſ:	*hæc*	Tempora	Gravia	Graviora,
Vocat:	*ô*	Tempora	Gravia	Graviora,
Ablat:	*ab his*	Temporibus	Gravibus	Gravioribus.

Numerô Singularî.

Nomi:	*Hic & hæc*	Gravis	Gravior	Vates,
Genit:	*hujus*	Gravis	Gravioris	Vatis,
Dativ:	*huic*	Gravi	Graviori	Vati,
Accuſ:	*hunc & hanc*	Gravem	Graviorem	Vatem,
Vocat:	*ô*	Gravis	Gravior	Vates,
Ablat:	*ab hoc & hac*	Gravi	Graviore, i	Vate.

Numerô Pluralî.

Nomi:	*Hi & hæ*	Graves	Graviores	Vates,
Genit:	*horum & harum*	Gravium	Graviorum	Vatum,
Dativ:	*his*	Gravibus	Gravioribus	Vatibus
Accuſ:	*hos & has*	Graves	Graviores	Vates,
Vocat:	*ô*	Graves	Graviores	Vates,
Ablat:	*ab his*	Gravibus	Gravioribus	Vatibus

Nume-

Numerô Singularî.

Nomi:	*Hic, hæc*	Amans,	*Hoc* Amans,
Genit:	*hujus, hujus*	Amantis,	*hujus* Amantis,
Dativ:	*huic, huic*	Amanti,	*huic* Amanti,
Accuſ:	*hunc, hanc*	Amantem,	*hoc* Amans,
Vocat:	*ô, ô*	Amans,	*ô* Amans,
Ablat:	*ab hoc, ab hac*	Amante *v.i.*	*ab hoc* Amante *v.i.*

Numerô Pluralî.

Nomi:	*Hi, hæ*	Amantes,	*Hæc* Amantia,
Genit:	*horum, harum,*	Amantium,	*horum* Amantium,
Dativ:	*his, his,*	Amantibus,	*his* Amantibus,
Accuſ:	*hos, has*	Amantes,	*hæc* Amantia,
Vocat:	*ô, ô*	Amantes,	*ô* Amantia,
Ablat:	*ab his, ab his*	Amantibus.	*ab his* Amantibus.

Numerô Singularî.

Nomi:	*Hic, hæc*	Felix	*Hoc* Felix,
Genit:	*hujus, hujus*	Felicis	*hujus* Felicis,
Dativ:	*huic, huic*	Felici	*huic* Felici,
Accuſ:	*hunc, hanc*	Felicem	*hoc* Felix,
Vocat:	*ô, ô*	Felix	*ô* Felix,
Ablat:	*ab hoc, ab hac*	Felice *v.i.*	*ab hoc* Felice, *v. i.*

Numerô Pluralî.

Nomi:	*Hi, hæ*	Felices	*Hæc* Felicia,
Genit:	*horum, harum*	Felicium	*horum* Felicium,
Dativ:	*his, his*	Felicibus	*his* Felicibus,
Accuſ:	*hos, has*	Felices	*hæc* Felicia,
Vocat:	*ô ô*	Felices	*ô* Felicia,
Ablat:	*ab his, ab his,*	Felicibus	*ab his* Felicibus.

QUARTA DECLINATIO.

Numerô Singularî.		Numerô Pluralî.	
Nomi: *Hic*	Casus,	Nomi: *Hi*	Casus,
Genit: *hujus*	Casûs,	Genit. *horum*	Casuum,
Dativ: *huic*	Casui,	Dativ: *his*	Casibus,
Accus: *hunc*	Casum,	Accus: *hos*	Casus,
Vocat: *ô*	Casus,	Vocat: *ô*	Casus,
Ablat: *ab hoc*	Casu.	Ablat: *ab his*	Casibus.

Numerô Singularî.

Nominativô	*Hæc*	Manus	Domus,
Genitivô	*hujus*	Manûs	Domûs & Domi,
Dativô	*huic*	Manui	Domui & Domo,
Accusativô	*hanc*	Manum	Domum,
Vocativô	*ô*	Manus	Domus,
Ablativô	*ab hac*	Manu	Domo.

Numerô Pluralî.

Nominativô	*Hæ*	Manûs	Domus,
Genitivô	*harum*	Manuum	Domuum & Domorũ,
Dativô	*his*	Manibus	Domibus,
Accusativô	*has*	Manus	Domus & Domos,
Vocativô	*ô*	Manus	Domus,
Ablativô	*ab his*	Manibus	Domibus.

Numerô Singularî.		Numerô Pluralî.	
Nomi: *Hoc*	Cornu,	Nomi: *Hæc*	Cornua,
Genit: *hujus*	Cornu,	Genit: *horum*	Cornuum,
Dativ: *huic*	Cornu,	Dativ: *his*	Cornibus,
Accus: *hoc*	Cornu,	Accus: *hæc*	Cornua,
Vocat: *ô*	Cornu,	Vocat: *ô*	Cornua,
Ablat: *ab hoc*	Cornu,	Ablat: *ab his*	Cornibus.

QUINTA

QUINTA DECLINATIO.

Numerò Singularî.			Numerò Pluralî.		
Nomi:	*Hæc*	Species	Nomi:	*Hæ*	Species,
Genit:	*hujus*	Speciei	Genit:	*harum*	Specierum,
Dativ:	*huic*	Speciei	Dativ:	*his*	Speciebus,
Accus:	*hanc*	Speciem	Accus:	*has*	Species,
Vocat:	*ô*	Species	Vocat:	*ô*	Species,
Ablat:	*ab hac*	Specie	Ablat:	*ab his*	Speciebus,

Numerò Singularî			Numerò Pluralî.		
Nomi:	*Hic vel Hæc*	Dies	Nomi:	*Hi*	Dies,
Genit:	*hujus*	Diei	Genit:	*horum*	Dierum,
Dativ:	*huic*	Diei	Dativ:	*his*	Diebus,
Accus:	*hunc vel hanc*	Diem	Accus:	*hos*	Dies,
Vocat:	*ô*	Dies.	Vocat:	*ô*	Dies,
Ablat:	*ab hoc vel ab hac*	Die	Ablat:	*ab his*	Diebus.

Admonitio. *Nihil priùs in Grammatica Parvulorum animis putamus esse instillandum: quàm Declinationum ac Conjugationum Exempla: utpotè ea quæ & Definitionibus & Divisionibus quibusvis magis necessaria ac frequentiora esse videntur. Quod quidem & Quintilianus Institutionum Oratoriarum Lib: 1 Cap: 7. his verbis commendat. Nomina priùs declinare & Verba Pueri sciant; neq; enim aliter ad sequentium intellectum pervenire possunt unde maximè hic eorum probamus consilium, qui Declinationum & Conjugationum Exempla primò Tyronibus proponunt addiscenda, deinde eos ad Definitiones & Divisiones Grammaticæ ac Partium Orationis deducunt: item quoq; illorum, qui ubi docuerint Tyrones Nomina separatim expeditè declinare. assignant illis Adjectivum cum Substantivo vel duo Substantiva unius rei, sive fuerint Declinationis ejusdem, sive diversæ conjunctim inflectenda, quod in Gradibus etiam Comparationis fieri oportet ac nonnisi cum eos in quovis Genere separatim Puer inflectere didicerit*

Comparationes per omnes Caſus.

Numerô Singularî

Nominat:	*Hic* Verus verior veriſſimus.
	Hæc Vera verior veriſſima.
	Hoc Verum verius veriſſimum.
Genitivô	*Hujus* Veri verioris veriſſimi.
	Hujus Veræ verioris veriſſimæ.
	Hujus Veri verioris veriſſimi.
Dativô	*Huic* Vero veriori veriſſimo.
	Huic Veræ veriori veriſſimæ.
	Huic Vero veriori veriſſimo.
Accuſativ:	*Hunc* Verum veriorem veriſſimum.
	Hanc Veram veriorem Veriſſimam.
	Hoc Verum verius veriſſimum.
Vocativô	*ô* Vere verior veriſſime.
	ô Vera verior veriſſima.
	ô Verum verius veriſſimum.
Ablativò	*Ab hoc* Vero veriore *vel* i veriſſimo.
	Ab hac Vera veriore *vel* i veriſſima.
	Ab hoc Vero veriore *vel* i veriſſimo.

Numerô Pluralî.

Nominat:	*Hi* Veri veriores veriſſimi.
	Hæ Veræ veriores veriſſimæ.
	Hæc Vera veriora veriſſima.
Genitivô	*Horum* Verorum veriorum veriſſimorum
	Harum Verarum veriorum veriſſimarum
	Horum Verorum veriorum veriſſimorum

Dat: *per omnia Genera His* Veris verioribus veriſſimis

Accuſativ:	*Hos* Veros veriores veriſſimos.
	Has Veras veriores veriſſimas.
	Hæc Vera veriora veriſſima.

Vocativô *ita ùt in* Nominativo.

Abl: *per omnia Genera ab his* Veris verioribus veriſſimis.

Numerô Singulari.

Nominat:	*Hic* Acer acrior acerrimus,
	Hæc Acris acrior acerrima,
	Hoc Acre acrius acerrimum.
Genitivô	*Hujus* Acris acrioris acerrimi,
	Hujus Acris acrioris acerrimæ,
	Hujus Acris acrioris acerrimi.
Dativô	*Huic* Acri acriori acerrimo,
	Huic Acri acriori acerrimæ,
	Huic Acri acriori acerrimo.
Accusativ:	*Hunc* Acrem acriorem acerrimum,
	Hanc Acrem acriorem acerrimam,
	Hoc Acre acrius acerrimum.
Vocativô	*ô* Acer acrior acerrime,
	ô Acris acrior acerrima,
	ô Acre acrius acerrimum.
Ablativô	*Ab hoc* Acri acriore *vel* i acerrimo,
	Ab hac Acri acriore *vel* i acerrima,
	Ab hoc Acri acriore *vel* i acerrimo.

Numerô Plurali.

Nominati:	*Hi* Acres acriores acerrimi,
	Hæ Acres acriores acerrimæ,
	Hæc Acria acriora acerrima.
Genitivô	*Horum* Acrium acriorum acerrimorum,
	Harum Acrium acriorum acerrimarum,
	Horum Acrium acriorum acerrimorum.
Dat: *per omnia Genera His*	Acribus acrioribus acerrimis.
Accusativ:	*Hos* Acres acriores acerrimos,
	Has Acres acriores acerrimas,
	Hæc Acria acriora acerrima.

Vocativô *ita ut in* Nominativo.

Ablativô *per omnia Genera Ab his* Acribus acrioribus acerrimis.

Nu-

Numerô Singularî.

Nominati:	*Hic* Bonus	melior	optimus,	
	Hæc Bona	melior	optima,	
	Hoc Bonum	melius	optimum.	
Genitivô	*Hujus* Boni	melioris	optimi,	
	Hujus Bonæ	melioris	optimæ,	
	Hujus Boni	melioris	optimi.	
Dativô	*Huic* Bono	meliori	optimo,	
	Huic Bonæ	meliori	optimæ,	
	Huic Bono	meliori	optimo.	
Accusativ:	*Hunc* Bonum	meliorem	optimum,	
	Hanc Bonam	meliorem	optimam,	
	Hoc Bonum	melius	optimum.	
Vocativô	*ô* Bone	melior	optime,	
	ô Bona	melior	optima,	
	ô Bonum	melius	optimum.	
Ablativô	*Ab hoc* Bono	meliore *vel* i	optimo,	
	Ab hac Bona	meliore *vel* i	optima,	
	Ab hoc Bono	meliore *vel* i	optimo.	

Numerô Pluralî.

Nominati:	*Hi* Boni	meliores	optimi,
	Hæ Bonæ	meliores	optimæ,
	Hæc Bona	meliora	optima,
Genitivô	*Horum* Bonorum	meliorum	optimorum,
	Harum Bonarum	meliorum	optimarum,
	Horum Bonorum	meliorum	optimorum.

Dat: *per omnia Genera his* Bonis melioribus optimis.

Accusativ:	*Hos* Bonos	meliores	optimos,
	Has Bonas	meliores	optimas,
	Hæc Bona	meliora	optima.

Vocativô *ita ùt in* Nominativo.

Abl: *per omnia Genera Ab his* Bonis melioribus optimis.

DE

DE PRONOMINE.

Quid est Pronomen? *Est vox declinabilis locò nominis posita, Personam significans*, ùt: Ego, Tu, Ille.

Quot sunt Pronominis

1. Accidentia? *Octo*: Figura, Species, Qualitas, Persona, Genus, Declinatio, Numerus, Casus.
2. Figuræ? *Tres*: Simplex, ùt *Ego*, Composita, ùt *Egoipse*, Decomposita, ùt *Egometipse*.
3. Species? *Duæ* Primitiva, ùt *Ego*, *Tu*, *Sui*, Derivativa, ùt *Meus*, *Tuus*, *Suus*.
4. Personæ? *Tres*: Prima ùt *Ego*, *Nos*, Secunda, ùt *Tu*, *Vos*, Tertia, ùt *Ille*, *Illi*.
5. Genera? *Quatuor*: Masculinum, Fæmininum, Neutrum, Omne.
6. Declinationes? *Quinque*: Prima, Secunda, Tertia, Quarta, Quinta.
7. Numeri? *Duo*: Singularis & Pluralis.
8. Casus? *Sex*. Nominativus, Genitivus, Dativus, Accusativus, Vocativus, Ablativus.

Quot sunt Pronomina Simplicis Figuræ? *Octodecem*: *Ego*, *Tu*, *Sui*, *Hic*, *Iste*, *Ille*, *Ipse*, *Is*, *Quis*, *Meus*, *Tuus*, *Suus*, *Noster*, *Vester*, *Nostras*, *Vestras*, *Cujas*, *Cujus*.

DECLINATIONES PRONOMINUM.

Prima Declinatio.

Pronomina ista, *Mea*, *Tua*, *Sua*, in Fæminino, ùt *Via*, sed *Tua* & *Sua*, carent Vocativo.

Secunda Declinatio.

Pronomina ista *Meus*, *Tuus*, *Suus*, in Masculino ùt *Dominus*, in Neutro, ùt *Scamnum*, declinantur. Sed *Meus* habet in Vocativo Singulari *Mi* non *Mee*, *Tuus* verò & *Suus* carent in utroque Numero.

Hæc

Hæc Pronomina. { 1. *Noster* & *Vester* in Masculino, ùt *Liber*, in Neutro, ùt *Scamnum* inflectuntur, 2. *Iste*, *Ille*, *Ipse*, in Masculino, ùt *Unus*, in Neutro ùt *Unum* sunt inflectenda, sed carent Vocativô.

Ille, in Neutro habet *Illud*, & *Iste*, *Istud*, per *d*, non per *m*.

Numerô Singularî. Numerô Pluralî.

N.	*Is*	*Ea*	*Id.*	N.	*Ii*,	*Eæ*,	*Ea*,
G.	*Ejus*,	*Ejus*	*Ejus*	G.	*Eorum*	*Earum*	*Eorum*,
D.	*Ei*,	*Ei*,	*Ei*,	D.	*Eis*, *iis*	*Eis*, *iis*,	*Eis*, *iis*,
A.	*Eum*,	*Eam*	*Id*,	A	*Eos*,	*Eas*,	*Ea*,
V.	*Caret*	- -	- - -	V.	- - - -	- - - -	- - - - -
A.	*ab Eo.*	*ab Ea*	*ab Eo*	A.	*ab Eis iis.*	*ab Eis iis*	*ab Eis*, *iis.*

Tertia Declinatio.

Nostras nostratis, *Vestras*, *Vestratis*, *Cujas*, *cujatis*, ita declinantur ùt *Amans*, sed *Vestras* & *Cujas*, carent Vocativô.

Quarta Declinatio.

Numerô Singularî. Numerô Pluralî.

N	*Qui*	*Quæ*	*Quod*,	N.	*Qui*	*Quæ*	*Quæ*
G.	*Cujus*,	*Cujus*,	*Cujus*,	G,	*Quorum*	*Quarũ*,	*Quorũ*
D	*Cui*,	*Cui*	*Cui*,	D.	*Quibus*,	*Quibus*,	*Quibus*
A	*Quem*,	*Quam*	*Quod*,	A,	*Quos*,	*Quas*,	*Quæ*,
V.	*Caret*,	*Caret*,	*Caret*,	V.	- - - -	- - - - -	- - - - -
A.	*à Quo*,	*à Qua*	*à Quo.*	A	per omnia Genera *à quibus*,		

Ita declinantur composita quicunque & Quisque, (vel *queis*.

Quinta Declinatio.

Numerô Singularî Numerô Pluralî.

N	*Ego*	*Tu*		N.	*Nos*	*Vos*	
G.	*Mei mis*,	*Tui tis*	*Sui*,	G.	*Nostrum*, *i*	*Vestrũ i*,	*Sui*.
D	*Mihi*,	*Tibi*	*Sibi*,	D.	*Nobis*	*Vobis*,	*Sibi*,
A	*Me*,	*Te*,	*Se*	A.	*Nos*	*Vos*,	*Se*,
V.	*Caret*	*Tu*	- - -	V.	- - - - - -	*Vos*-	- - - - -
A.	*à Me*,	*à Te*.	*à Se*,	A.	*à Nobis*.	*à Vobis*	*à Se*,

DE VERBO.

Quid eſt Verbum? *Eſt vox, per Modos, Tempora, Numeros & Perſonas flexibilis*, ùt Sum, Amo, amor, &c:

Quotuplex eſt Verbum ratione
1. Perſonæ? *Duplex*: Perſonale & Imperſonale.
2. Conjugationis? *Duplex*: Analogum, & Anomalum, (*quorum utrumque adhuc eſſe triplex ſtatuitur*: Abundans, Defectivum & Medium.
3. Conſtructionis? *Duplex*: Abſolutum, & Tranſitivum.
4. Rei ſignificatæ? *Triplex*: Subſtantivum, Vocativum & Adjectivum.

Admonitio. *Ut ad interrogationem iſtam*, Quale eſt Verbum? *ſtatim Puer reſpondere queat; opus erit ipſi priùs indicare, ratione cujus ea interrogatio fiat, ſcilicet an ratione* Perſonæ? *an ratione* Conjugationis? *an ratione* Conſtructionis? *an denique ratione* Rei ſignificatæ?

Quid eſt Verbum
1. Perſonale? *Quod per tres Perſonas in utroq; Numero conjugatur*, *ùt* Amo, amas, amat, Amamus, amatis, amant.
2. Imperſonale? *Quod tantùm per unam Perſonam tertiam in Numero Singulari flectitur*, *ùt* Pudet, piget, pœnitet, ſtatur, &c:

Admonitio. *Alias Diviſiones & Definitiones Verbi; nimirum: Quid ſit Verbum Analogum? quid Anomalum? quid Abundans? quid Defectivum? quid Medium? quid Abſolutum? quid Tranſitivum? quid Subſtantivum? Vocativum? & Adjectivum: habes in Cap: 13. Libri Secundi, Similiter Diviſiones Verbi Imperſonalis in Cap: 20.*

De

De Accidentibus Verbi.

Quot sunt in Verbo

1. Accidentia? *Octo:* Figura, Species, Genus, Conjugatio, Modus, Tempus, Numerus, & Persona.
2. Figuræ? *Tres:* Simplex ùt *Rogo*, Composita ùt *Porrigo*, Decomposita ùt *Exporrigo*.
3. Species? *Duæ:* Primitiva ùt *Rego*, Derivativa, ùt *Rogito*.
4. Genera? *Quinque:* Activum, Passivum, Neutrum, Deponens, Commune.
5. Conjugationes? *Quatuor:* Prima, Secunda, Tertia, Quarta, *harum qualibet est duplex*, Analoga, & Anomala: Analoga *Verbi Analogi*, Anomala, *Verbi Anomali*.
6. Modi? *Septem:* Indicativus, Imperativus, Subjunctivus, Optativus, Potentialis, Permissivus, & Infinitivus.
7. Tempora? *Quinque:* Præsens, Præteritum imperfectum, Præteritum perfectum, Præteritum plùs quàm perfectum, & Futurum.
8. Numeri? *Duo:* Singularis & Pluralis.
9. Personæ? *Tres:* Prima ùt *Amo*, Secunda ùt *Amas*, Tertia, ùt *Amat*.

Admonito. *Meminerit Præceptor fidelis communefacere Puerum; Verba Communia & Deponentia, per omnes Modos, Tempora, Numeros, & Personas esse ita inflectenda, ùt Verba Passiva, usq; ad Futurum Infiniti Modi, ab hoc verò ad finem, juxta suas Formulas, quas in istius Libri Pagina 60. Puer inveniet. Porrò Verba omnia in* Or, *non priùs ipsi assignentur recitanda: quàm Analoga in* O, *itemq; Verbum Substantivum* Sum, *inflectere promptè didicerit.*

CON-

CONJUGATIONES ANALOGORUM.

PRIMA CONJUGATIO.

Verborum in O.

Indicativus Modus habet Tempora quinque.

Præsens in O.	S. *Ego Amo, tu amas, ille amat.* P. *Nos amamus, vos amatis, illi amant.*
Præteritum imperfectũ in *Bam*	S. *Ego amabam, tu amabas, ille amabat.* P. *Nos amabamus, vos amabatis, illi amabant.*
Præteritum perfectum in *I.*	S. *Ego amavi, tu amavisti, ille amavit,* P. *Nos amavimus, vos amavistis, illi amaverunt, vel amavere.*
Præteritum plùs quàm perfectum in *Ram.*	S. *Ego amaveram, tu amaveras, ille amaverat.* P. *Nos amaveramus, vos amaveratis, illi amaverant.*
Futurum in *Bo.*	S. *Ego amabo, tu amabis, ille amabit.* P. *Nos amavimus, vos amabitis, illi amabunt.*

Imperativus Modus habet Tempora duo.

Præsens in *A.*	S. *Tu ama.* P. *Vos amate.* { Vide Pag: 63.
Futurum iu *Ato.*	S. *Tu amato, ille amato.* P. *Vos amatote, illi amanto.*

Optativus, Potentialis, & Permissivus, ita ùt Subjunctivus conjugatur, solô exceptô Futurô. *Vide Pag. 66.*

Sub-

Subjunctivus Modus habet Tempora quinque

Præsens in *Em*.	*S. Ego amem, tu ames, ille amet.* *P. Nos amemus, vos ametis, illi ament.*
Præteritum Imperfectū in *Rem*.	*S. Ego amarem, tu amares, ille amaret.* *P. Nos amaremus, vos amaretis, illi amarent.*
Præteritum perfectum in *Rim*.	*S. Ego amaverim, tu amaveris, ille amaverit.* *P. Nos amaverimus, vos amaveritis, illi amaverint.*
Præteritum plùs quàm perfectum in *ſſem*.	*S. Ego amaviſſem, tu amaviſſes, ille amaviſſet.* *P. Nos amaviſſemus, vos amaviſſetis, illi amaviſſent.*
Futurum in *Ro*.	*S Ego amavero, tu amaveris, ille amaverit.* *P. Nos amaverimus, vos amaveritis, illi amaverint.*

Infinitivus Modus habet Tempora quinque.

Præſens & præteritum imperfectum in *Are*, ùt *Amare*.

Præteritum & plùs quàm perfectum, in *ſſe*, ùt *Amaviſſe*.

Futurum	*S. Eſſe amaturum, amaturam, amaturum.* *P. Eſſe amaturos, amaturas, amatura.*

Gerundia ſunt tria: *Amandi, amando, amandum.*
Supina ſunt duo: *Amatum, amatu.*

Participia ſignificationis Activæ ſunt duo.	Præſens in *Ans*, ùt *Amans*. Futurum in *Rus*, ùt *Amaturus, amatura, amaturum.*

Ver-

Verborum in *Or*, Prima Conjugatio.

Indicativus Modus habet tempora quinque.

Præsens in *Or.*	*S. Ego amor, tu amaris, vel amare, ille amatur.*
	P. Nos amamur, vos amamini, illi amantur.
Præteritum imperfectũ in *Bar.*	*S. Ego amabar, tu amabaris vel amabare, ille amabatur.*
	P. Nos amabamur, vos amabamini, illi amabantur.
Præteritum perfectum.	*S. Ego sum vel fui amatus, tu es vel fuisti amatus, ille est vel fuit amatus.*
	P. Nos sumus vel fuimus amati, vos estis vel fuistis amati, illi sunt vel fuerunt amati.
Præteritum plus quàm perfectum	*S. Ego eram vel fueram amatus, tu eras vel fueras amatus, ille erat vel fuerat amatus.*
	P. Nos eramus vel fueramus amati, vos eratis, vel fueratis amati, illi erant vel fuerant amati.
Futurum in *Bor.*	*S. Ego amabor, tu amaberis vel amabere, ille amabitur.*
	P. Nos amabimur, vos amabimini, illi amabuntur.

Imperativus Modus habet Tempora duo.

Præsens in *Are.*	*S. Tu amare.*	{Vide fol: 63.
	P. Vos amamini.	
Futurum in *Tor.*	*S. Amator tu, amator ille.*	
	P. Vos amaminor, illi amantor.	

Sub-

Subjunctivus Modus habet Tempora quinque.

Præsens in *Er.*	*S. Ego amer, tu ameris, vel amere, ille ametur.*
	P. Nos amemur, vos amemini, illi amentur.
Præteritum imperfectũ in *Arer.*	*S. Ego amarer, tu amareris, vel amarere, ille amaretur.*
	P. Nos amaremur, vos amaremini, illi amarentur.
Præteritum perfectum	*S. Ego sim vel fuerim amatus, tu sis vel fueris amatus, ille sit vel fuerit amatus.*
	P. Nos simus vel fuerimus amati, vos sitis vel fueritis amati, illi sint vel fuerint amati.
Præteritum plùs quàm perfectum	*S. Ego essem vel fuissem amatus, tu esses vel fuisses amatus, ille esset vel fuisset amatus.*
	P. Nos essemus vel fuissemus amati, vos essetis vel fuissetis amati, illi essent vel fuissent amati.
Futurum	*S. Ego ero vel fuero amatus, tu eris vel fueris amatus, ille erit vel fuerit amatus.*
	P. Nos erimus vel fuerimus amati, vos eritis vel fueritis amati, illi erunt vel fuerint amati.

Infinitivus Modus habet Tempora quinque.

Præsens & Præteritum imperfectum in *Ari* ùt *Amari.*

Prætert perf: & plùs quàm perf:	*S. Esse vel fuisse amatum, am, um.*
	P. Esse vel fuisse amatos, tas, ta.
Futurum. *Amatum iri, vel*	*S. Esse amandum, am, um.*
	P. Amandos, as. a.
Participia significationis Passivæ duo.	Præteritũ in *us* ut *amatus, a, um.*
	Futurũ in *dus, amandus, a, um.*

SECUN-

SECUNDA CONJUGATIO

Verborum in O.

Indicativus Modus habet Tempora quinque.

Præsens in *O.*	*S.* *Ego Doceo, tu doces, ille docet* *P.* *Nos docemus, vos, docetis, illi docent.*
Præteritum imperfectū in *Bam.*	*S.* *Ego docebam, tu docebas, ille docebat.* *P.* *Nos docebamus, vos docebatis, illi docebant.*
Præteritum perfectum in *I.*	*S.* *Ego docui, tu docuisti, ille docuit.* *P.* *Nos docuimus, vos docuistis, illi docuerunt vel docuere.*
Præteritum plùs quàm perfectum in *Ram.*	*S.* *Ego docueram, tu docueras, ille docuerat.* *P.* *Nos docueramus, vos docueratis, illi docuerant.*
Futurum in *Bo.*	*S.* *Ego docebo, tu docebis, ille docebit.* *P.* *Nos docebimus, vos docebitis, illi docebunt.*

Imperativus Modus habet tempora duo.

Præsens in *E.*	*S.* *Tu doce.* *P.* *Vos docete.* { Vide pag. 65.
Futurum in *Eto.*	*S.* *Tu doceto, ille doceto.* *P.* *Vos docetote, illi docento.*

Sub.

Subjunctivus Modus habet Tempora quinque:

Præsens in *Am.*	*S. Ego doceam, tu doceas, ille doceat.* *P. Nos doceamus, vos doceatis, illi doceant.*
Præteritum imperfectũ in *Rem.*	*S. Ego docerem, tu doceres, ille doceret.* *P. Nos doceremus, vos doceretis, illi docerent.*
Præteritum perfectum in *Rim.*	*S. Ego docuerim, tu docueris, ille docuerit.* *P. Nos docuerimus, vos docueritis, illi docuerint.*
Præteritum plus quàm perfectum in *ſſem.*	*S. Ego docuiſſem, tu docuiſſes, ille docuiſſet.* *P. Nos docuiſſemus, vos docuiſſetis, illi docuiſſent.*
Futurum in *Ro.*	*S. Ego docuero, tu docueris, ille docuerit.* *P. Nos docuerimus, vos docueritis, illi docuerint.*

Infinitivus Modus habet Tempora quinque.

Præſens & Præteritum imperfectum in *ere*, ùt *docere.*
Præteritum perfectum & plùs quàm perfectum in *ſſe*, ùt *docuiſſe.*

Futurum	*S. Eſſe docturum, docturam, docturum.* *P. Eſſe Docturos, docturas, doctura.*

Gerundia ſunt tria: *Docendi, docendo, docendum.*
Supina ſunt duo: *Doctum, doctu.*

Participia ſignificationis Activæ duo.	Præſens in *Ens*, ùt *Docens.* Futurum in *Rus*, ùt *Docturus, a, um.*

Ver-

Verborum in *Or*, Secunda Conjugatio.

Indicativus Modus habet Tempora quinque.

Præsens in *Or*.	*S. Ego doceor, tu doceris vel docere, ille docetur.*
	P. Nos Docemur, vos docemini, illi docentur.
Præteritum imperfectũ in *Bar*.	*S. Ego docebar, tu docebaris vel docebare, ille docebatur.*
	P. Nos docebamur, vos docebamini, illi docebantur.
Præteritum perfectum	*S. Ego sum vel fui doctus, tu es vel fuisti doctus, ille est vel fuit doctus.*
	P. Nos sumus vel fuimus docti, vos estis vel fuistis docti, illi sunt vel fuerunt docti.
Præteritum plùs quàm perfectum.	*S. Ego eram vel fueram doctus, tu eras vel fueras doctus, ille erat vel fuerat doctus.*
	P. Nos eramus vel fueramus docti, vos eratis vel fueratis docti, illi erant vel fuerant docti.
Futurum in *Bor*.	*S. Ego docebor, tu doceberis vel docebere, ille docebitur.*
	P. Nos docebimur, vos docebimini, illi docebuntur.

Imperativus Modus habet Tempora duo.

Præsens in *Ere*.	*S. Tu docere.*	*Primâ & Tertiâ caret.*
	P. Vos docemini.	*in utroq; vide fol: 65.*

Futurum in *Tor*.	*S. Docetor tu, docetor ille.*
	P. Vos doceminor, illi docentor.

Subjunctivus Modus habet Tempora quinque.

Præsens in *Ar.*	*S. Ego docear, tu docearis vel doceare, ille doceatur.*
	P. Nos doceamur, vos doceamini, illi doceantur.
Præteritum imperfectū in *Rer.*	*S. Ego docerer, tu docereris vel docerere, ille doceretur.*
	P. Nos doceremur, vos doceremini, illi docerentur.
Præteritum perfectum.	*S. Ego sim vel fuerim doctus, tu sis vel fueris doctus, ille sit vel fuerit doctus.*
	P. Nos simus vel fuerimus docti, vos sitis vel fueritis docti, illi sint vel fuerint docti.
Præteritum plùs quàm perfectum.	*S. Ego essem vel fuissem doctus, tu esses vel fuisses doctus, ille esset vel fuisset doctus.*
	P. Nos essemus vel fuissemus docti, vos essetis vel fuissetis docti, illi essent vel fuissent docti.
Futurum.	*S. Ego ero vel fuero doctus, tu eris vel fueris doctus, ille erit vel fuerit doctus.*
	P. Nos erimus vel fuerimus docti, vos eritis vel fueritis docti, illi erunt vel fuerint docti.

Infinitivus Modus habet Tempora quinque.

Præsens & Præteritum imperfectum in *Eri*, ùt *doceri.*

Præteritum perfectum & plùs quàm perfectum	*S. Esse vel fuisse doctum, am, um.* *P. Esse vel fuisse doctos, doctas, docta.*
Futurum. *Doctum iri vel*	*S. Esse docendum, am, um.* *P. Esse docendos, docendas, a.*
Participia significationis Passivæ duo.	Præteritum in *us*, ùt *Doctus, a, um.* Futurum in *Dus*, ùt *Docendus docenda, um.*

TER-

TERTIA CONJUGATIO
Verborum in O.

Indicativus Modus habet Tempora quinque.

Præſens in *O.*	*S. Ego lego, tu legis, ille legit.* *P. Nos legimus, vos legitis, illi legunt.*
Præteritum imperfectū in *Bam.*	*S. Ego legebam, tu legebas, ille legebat.* *P. Nos legebamus, vos legebatis, illi legebant.*
Præteritum perfectum in *I.*	*S. Ego legi, tu legiſti, ille legit.* *P. Nos legimus, vos legiſtis, illi legerunt vel legere.*
Præteritum plùs quàm perf: in *ram*	*S. Ego legeram, tu legeras, ille legerat.* *P. Nos legeramus, vos legeratis, illi legerant.*
Futurum in *am.*	*S. Ego legam, tu leges, ille leget.* *P. Nos legemus, vos legetis, illi legent.*

Imperativus Modus habet Tempora duo.

Præſens in *E.*	*S. Tu lege.* *P. Vos legite.*	*Primâ Perſonâ & Tertiâ in utroq; numero caret fol: 69.*
Futurum in *Ito.*	*S. Tu legito, ille legito.* *P. Vos legitote, illi legunto.*	

Annotatio. *Dic, Duc, Fac, Fer, E in Imperativo per Apocopen cum Compoſitis abjiciunt, ut Edic, adduc, calefac, adfer, præfer; præter Compoſita Verbi facio, Thema in* icio, *habentia, ut effice, confice, perfice.*

Subjunctivus Modus habet Tempora quinque.

Præsens in *Am*.	*S.* *Ego legam, tu legas, ille legat.* *P.* *Nos legamus, vos legatis, illi legant.*
Præteritum imperfectū in *Rem*.	*S.* *Ego legerem, tu legeres ille legeret.* *P.* *Nos legeremus, vos legeretis, illi legerent.*
Præteritum perfectum in *Rim*.	*S.* *Ego legerim, tu legeris, ille legerit.* *P.* *Nos legerimus, vos legeritis, illi legerint.*
Præteritum plùs quàm perf: in *ſſem*	*S.* *Ego legiſſem, tu legiſſes, ille legiſſet.* *P.* *Nos legiſſemus, vos legiſſetis, illi legisſent.*
Futurum. in *Ro*.	*S.* *Ego legero, tu legeris, ille legerit.* *P.* *Nos legerimus, vos legeritis, illi legerint.*

Infinitivus Modus habet Tempora quinque.

Præſens & Præteritum imperfectum, in *Ere*, ùt *Legere.*

Præteritum perfectum & plùs quàm perfectum, in *ſſe*, ùt *legiſſe.*

Futurum.	*S.* *Eſſe lecturum, lecturam, lecturum:* *P.* *Eſſe lecturos, lecturas, lectura.*

Gerundia ſunt tria: *Legendi, legendo, legendum.*
Supina ſunt duo: *Lectum, lectu*

Participia ſignificationis Activæ duo.	Præſens in *Ens*, ùt *Legens.* Futurum in *Rus*, ùt *Lecturus, lectura, lecturum.*

Verbo-

Verborum in *Or*, Tertia Conjugatio.

Indicativus Modus habet Tempora quinque

Præsens in *Or*.	*S. Ego legor, tu legeris vel legere, ille legitur.*
	P. Nos legimur, vos legimini, illi leguntur.
Præteritum imperfectũ in *Bar*.	*S. Ego legebar, tu legebaris vel legebare, ille legebatur.*
	P. Nos legebamur, vos legebamini, illi legebantur.
Præteritum perfectum	*S. Ego sum vel fui lectus, tu es vel fuisti lectus. ille est vel fuit lectus.*
	P. Nos sumus vel fuimus lecti, vos estis vel fuistis lecti, illi sunt vel fuerunt lecti.
Præteritum plùs quàm perfectum	*S. Ego eram vel fueram lectus, tu eras vel fueras lectus, ille erat vel fuerat lectus.*
	P. Nos eramus vel fueramus lecti, vos eratis vel fueratis lecti, illi erant vel fuerant lecti.
Futurum. in *Ar*.	*S. Ego legar, tu legeris vel legere, ille legetur.*
	P. Nos legemur, vos legemini, illi legentur.

Imperativus Modus habet Tempora duo.

Præsens in *Ere*.	*S. Tu legere.*
	P. Vos legimini.
Futurum in *Tor*.	*S. Tu legitor, ille legitor.*
	P. Vos legiminor, illi leguntor.

Sub-

Subjunctivus Modus habet Tempora quinque;

Præsens in *Ar.*	*S. Ego legar, tu legaris vel legare, ille legatur.*
	P. Nos legamur, vos legamini, illi legantur.
Præteritum imperfectū in *Erer.*	*S. Ego legerer, tu legereris vel legerere, ille legeretur.*
	P. Nos legeremur, vos legeremini, illi legerentur.
Præteritum perfectum	*S. Ego ſim vel fuerim lectus, tu ſis vel fueris lectus, ille ſit vel fuerit lectus.*
	P. Nos ſimus vel fuerimus lecti, vos ſitis vel fueritis lecti, illi ſint vel fuerint lecti.
Præteritum plùs quàm perfectum	*S. Ego eſſem vel fuiſſem lectus, tu eſſes vel fuiſſes lectus, ille eſſet vel fuiſſet lectus.*
	P. Nos eſſemus vel fuiſſemus lecti, vos eſſetis vel fuiſſetis lecti, illi eſſent vel fuiſſent lecti.
Futurum.	*S. Ego ero vel fuero lectus, tu eris vel fueris lectus, ille erit vel fuerit lectus.*
	P. Nos erimus vel fuerimus lecti, vos eritis vel fueritis lecti, illi erunt vel fuerint lecti.

Infinitivus Modus habet Tempora quinque;

Præſens & Præteritum imperfectum in *I*, ùt *Legi.*

Præter: perfect: & plùs quàm perfect:	*S. Eſſe vel fuiſſe lectum, am, um.*
	P. Eſſe vel fuiſſe lectos, lectas, a.

Futurum. *Lectum iri vel*	*S. Eſſe legendum, am, um.*
	P. Legendos, legendas, a.

Participia ſignificationis Paſſivæ duo.	Præteritū in *us*, ùt *Lectus, a, um.*
	Futurū in *dus*, ùt *legendus, a, um.*

QUAR-

QUARTA CONJUGATIO.

Verborum in O.

Indicativus Modus habet Tempora quinque.

Præsens in O.	*S. Ego Audio, tu audis, ille audit. P. Nos Audimus, vos auditis, illi audiunt.*
Præteritum imperfectū in *Bam.*	*S. Ego audiebam, tu audiebas, ille audibat. P. Nos audiebamus, vos audiebatis, illi audiebant.*
Præteritum perfectum.	*S. Ego audivi, tu audivisti, ille audivit. P. Nos audivimus, vos audivistis, illi audiverunt, vel audivere.*
Præteritum plùs quàm perfectum in *Ram.*	*S. Ego audiveram, tu audiveras, ille audiverat. P. Nos audiveramus, vos audiveratis, illi audiverant.*
Futurum.	*S. Ego audiam, tu audies, ille audiet. P. Nos audiemus, vos audietis, illi audient.*

Imperativus Modus habet Tempora duo

Præsens in *I.*	*S. Tu audi. P. Vos audite.*	*Primâ Personâ & Tertiâ in utroq; Numero caret.* *vide pag: 65.*
Futurum in *Ito.*	*S. Tu audito, ille audito. P. Vos auditote, illi audiunto.*	

Sub-

Subjunctivus Modus habet Tempora quinque

Præſens in *Am.*	*S. Ego audiam, tu audias, ille audiat.* *P. Nos audiamus, vos audiatis, illi audiant.*
Præteritum imperfectũ in *Rem.*	*S. Ego audirem, tu audires, ille audiret.* *P. Nos audiremus, vos audiretis, illi audirent.*
Præteritum perfectum in *Rim.*	*S. Ego audiverim, tu audiveris, ille audiverit.* *P. Nos audiverimus, vos audiveritis, illi audiverint.*
Præteritum plùs quàm perfectum in *ſſem.*	*S. Ego audiviſſem, tu audiviſſes, ille audiviſſet.* *P. Nos audiviſſemus, vos audiviſſetis, illi audiviſſent.*
Futurum in *Ro.*	*S. Ego audivero, tu audiveris, ille audiverit.* *P. Nos audiverimus, vos audiveritis, illi audiverint.*

Infinitivus Modus habet Tempora quinque.

Præſens & præteritum imperfectum in *ire*, ùt *audire.*
Præteritum perfectum & plùs quàm perfectum in *ſſe*, ùt *Audiviſſe.*

Futurum.	*S. Eſſe auditurum, audituram, auditurum.* *P. Eſſe audituros, audituras, auditura.*

Gerundia ſunt tria: *Audiendi, audiendo, audiendum.*
Supina ſunt duo: *Auditum, auditu.*

Participia ſignificationis Activæ duo.	Præſens in *Ens*, ùt *Audiens.* Futurum in *Rus*, ùt *Auditurus, auditura, auditurum.*

Verbo-

Verborum in *Or*, Quarta Conjugatio.

Indicativus Modus habet Tempora quinque.

Præsens in *Or.*	*S. Ego audior, tu audiris vel audire, ille auditur.*
	P. Nos audimur, vos audimini, illi audiuntur.
Præteritum imperfectũ in *Bar.*	*S. Ego audiebar, tu audiebaris vel audiebare, ille audiebatur.*
	P. Nos audiebamur, vos audiebamini, illi audiebantur.
Præteritum perfectum	*S. Ego sum vel fui auditus, tu es vel fuisti auditus, ille est vel fuit auditus.*
	P. Nos sumus vel fuimus auditi, vos estis vel fuistis auditi, illi sunt vel fuerunt auditi.
Præteritum plùs quàm perfectum	*S. Ego eram vel fueram auditus, tu eras vel fueras auditus, ille erat vel fuerat auditus.*
	P. Nos eramus vel fueramus auditi, vos eratis vel fueratis auditi, illi erant vel fuerant auditi.
Futurum in *Ar.*	*S. Ego audiar, tu audieris vel audiere, ille audietur.*
	P. Nos audiemur, vos audiemini, illi audientur.

Imperativus Modus habet Tempora duo.

Præsens in *ire.*	*S. Tu audire.*
	P. Vos audimini.
Futurum in *tor.*	*S. Tu auditor, ille auditor.*
	P. Vos audiminor, illi audiuntor.

Subjunctivus Modus habet Tempora quinque

Præsens in *Ar.*	S. *Ego audiar, tu audiaris vel audiare, ille audiatur.*
	P. *Nos audiamur, vos audiamini, illi audiantur.*
Præteritum imperfectū in *Rer.*	S. *Ego audirer, tu audireris vel audirere, ille audiretur.*
	P. *Nos audiremur, vos audiremini, illi audirentur.*
Præteritum perfectum.	S. *Ego sim vel fuerim auditus, tu sis vel fueris auditus, ille sit vel fuerit auditus.*
	P. *Nos simus vel fuerimus auditi, vos sitis vel fueritis auditi, illi sint vel fuerint auditi.*
Præteritum plùs quàm perfectum.	S. *Ego essem vel fuissem auditus, tu esses vel fuisses auditus, ille esset vel fuisset auditus.*
	P. *Nos essemus vel fuissemus auditi, vos essetis vel fuissetis auditi, illi essent vel fuissent auditi.*
Futurum.	S. *Ego ero vel fuero auditus, tu eris vel fueris auditus, ille erit vel fuerit auditus.*
	P. *Nos erimus vel fuerimus auditi, vos eritis vel fueritis auditi, illi erunt vel fuerint auditi.*

Infinitivus Modus habet Tempora quinque.

Præsens & Præteritum imperfectum in *iri*, ùt *Audiri*.

Præter: perf: & plùs quàm perf:	S. *Esse vel fuisse auditum, am, um.*
	P. *Esse vel fuisse auditos, auditas, a.*
Futurum. *Auditum iri vel*	S. *Esse audiendum, am, um.*
	P. *Esse audiendos, as, a.*
Participia significationis Passivæ duo.	Præteritū in *us*, ùt *auditus, a, um.*
	Futurum in *dus*, ùt *audiendus, audienda, um.*

CON-

CONJUGATIONES ANOMALORUM.

Annotatio. *Verba Anomala tantùm in Tertia & Quarta reperiuntur Conjugatione, in Tertia tria s.* Fero, Sum, Volo *cum Compositis, in Quarta itidem tria s.* Fio, Eo, Queo, *cum Compositis.*

CONJUGATIO Verbi Activi *Fero.*

Indicativus Modus habet Tempora quinque

Præsens.	S. *Ego fero, tu fers, ille fert.*
	P. *Nos ferimus, vos fertis, illi ferunt.*
Præteritum imperfectũ	S. *Ego ferebam, tu ferebas, ille ferebat*
	P. *Nos ferebamus, vos ferebatis, illi ferebant.*
Præteritum perfectum.	S. *Ego tuli, tu tulisti, ille tulit.*
	P. *Nos tulimus, vos tulistis, illi tulerunt vel tulere.*
Præteritum plùs quàm perfectum.	S. *Ego tuleram, tu tuleras, ille tulerat.*
	P. *Nos tuleramus, vos tuleratis, illi tulerant.*
Futurum.	S. *Ego feram, tu feres, ille feret.*
	P. *Nos feremus, vos feretis, illi ferent.*

Imperativus Modus habet Tempora duo.

Præsens.	S. *Tu fer.* { *vide fol. 65.*
	P. *Vos ferte.*
Futurum.	S. *Tu ferto, ille ferto.*
	P. *Vos fertote, illi ferunto.*

Subjunctivus Modus habet Tempora quinque

Præsens.	*S. Ego feram, tu feras, ille ferat.*
	P. Nos feramus, vos feratis, illi ferant.
Præteritum imperfectũ	*S. Ego ferrem, tu ferres, ille ferret.*
	P. Nos ferremus, vos ferretis, illi ferrent.
Præteritum perfectum.	*S. Ego tulerim, tu tuleris, ille tulerit.*
	P. Nos tulerimus, vos tuleritis, illi tulerint.
Præteritum plùs quàm perfectum.	*S. Ego tulissem, tu tulisses, ille tulisset.*
	P. Nos tulissemus, vos tulissetis, illi tulissent.
Futurum.	*S. Ego tulero, tu tuleris, ille tulerit.*
	P. Nos tulerimus, vos tuleritis, illi tulerint.

Infinitivus Modus habet tempora quinque.

Præsens & Præteritum imperfectum, *Ferre.*
Præteritum perfectum & plùs quàm perfectum, *Tulisse.*

Futurum.	*S. Esse laturum, laturam, laturum.*
	P. Esse laturos, laturas, latura.

Gerundia sunt tria: *Ferendi, Ferendo, Ferendum.*

Supina sunt duo: *Latum, latu.*

Participia significationis Activæ duo.	Præsens in *ens*, ùt *Ferens.*
	Futurum in *rus*, ùt *Laturus, latura, laturum.*

CON-

CONJUGATIO Verbi Passivi *Feror.*

Indicativus Modus habet Tempora quinque.

Præsens in *Or.*	*S. Ego feror, tu ferris vel ferre, ille fertur.*
	P. Nos ferimur, vos ferimini, illi feruntur.
Præteritum imperfectū in *Bar*	*S. Ego ferebar, tu ferebaris vel ferebare, ille ferebatur.*
	P. Nos ferebamur, vos ferebamini, illi ferebantur.
Præteritum perfectum.	*S. Ego sum vel fui latus, tu es vel fuisti latus, ille est vel fuit latus.*
	P. Nos sumus vel fuimus lati, vos estis vel fuistis lati, illi sunt vel fuerunt lati.
Præteritum plùs quàm perfectum.	*S. Ego eram vel fueram latus, tu eras vel fueras latus, ille erat, vel fuerat latus.*
	P. Nos eramus vel fueramus lati, vos eratis vel fueratis lati, illi erant vel fuerant lati.
Futurum.	*S. Ego ferar, tu fereris vel ferere, ille feretur.*
	P. Nos feremur, vos feremini, illi ferentur.

Imperativus Modus habet Tempora duo.

Præsens.	*S. Tu ferre.* { *vide fol: 65.*
	P. Vos ferimini.
Futurum.	*S. Tu fertor, ille fertor.*
	P. Vos feriminor, illi feruntor.

Subjunctivus Modus habet Tempora quinque.

Præſens.	*S.* *Ego ferar, tu feraris vel ferare, ille feratur.*
	P. *Nos feramur, vos feramini, illi ferantur.*
Præteritum imperfectū.	*S.* *Ego ferrer, tu ferreris vel ferrere, ille ferretur.*
	P. *Nos ferremur, vos ferremini, illi ferrentur.*
Præteritum perfectum	*S.* *Ego ſim vel fuerim latus, tu ſis vel fueris latus, ille ſit vel fuerit latus.*
	P. *Nos ſimus vel fuerimus lati, vos ſitis vel fueritis lati, illi ſint vel fuerint lati.*
Præteritum plùs quàm perfectum.	*S.* *Ego eſſem vel fuiſſem latus, tu eſſes vel fuiſſes latus, ille eſſet vel fuiſſet latus.*
	P. *Nos eſſemus, vel fuiſſemus lati, vos eſſetis vel fuiſſetis lati, illi eſſent vel fuiſſent lati*
Futurum.	*S.* *Ego ero vel fuero latus, tu eris vel fueris latus, ille erit vel fuerit latus.*
	P. *Nos erimus vel fuerimus lati, vos eritis vel fueritis lati, illi erunt vel fuerint lati.*

Infinitivus Modus habet Tempora quinque.

Præſens & præteritum imperfectum in *ri*, ut *Ferri.*

Præteritum perfectum & plùs quàm perfectū	*Eſſe vel fuiſſe latum, am, um.*
	Eſſe vel fuiſſe latos, latas, lata.
Futurum. *Latum iri vel*	*S.* *Eſſe ferendum, am, um.*
	P. *Eſſe ferendos, ferendas, da.*

Participia ſignificationis Paſſivæ duo.	Præteritum. *Latus, lata, latum.*
	Futurum. *Ferendus, ferenda, um.*

CONJUGATIO Verbi Neutrius *Sum.*

Indicativus Modus habet Tempora quinque.

Præsens.	*S. Ego sum, tu es, ille est*
	P. Nos sumus, vos estis, illi sunt.
Præteritum imperfectū	*S. Ego eram, tu eras, ille erat.*
	P. Nos eramus, vos eratis, illi erant.
Præteritum perfectum.	*S. Ego fui, tu fuisti, ille fuit.*
	P. Nos fuimus, vos fuistis, illi fuerunt vel fuere.
Præteritum plùs quàm perfectum	*S. Ego fueram, tu fueras, ille fuerat.*
	P. Nos fueramus, vos fueratis, illi fuerant.
Futurum.	*S. Ego ero, tu eris, ille erit.*
	P. Nos erimus, vos eritis, illi erunt.

Imperativus Modus habet Tempora duo.

Præsens.	*S. Tu es.*
	P. Vos este.
Futurum.	*S. Tu esto, ille esto.*
	P. Vos estote, illi sunto.

Subjunctivus Modus habet Tempora quinque

Præsens.	*S. Ego sim, tu sis, ille sit.*
	P. Nos simus, vos sitis, illi sint.
Præteritum imperfectū	*S. Ego essem, tu esses, ille esset.*
	P. Nos essemus, vos essetis, illi essent.
Præteritum perfectum	*S. Ego fuerim, tu fueris, ille fuerit.*
	P. Nos fuerimus, vos fueritis, illi fuerint.
Præteritum plùsq: perf:	*S. Ego fuissem, tu fuisses, ille fuisset.*
	P. Nos fuissemus, vos fuissetis, illi fuissent.
Futurum.	*S. Ego fuero, tu fueris, ille fuerit.*
	P. Nos fuerimus, vos fueritis, illi fuerint.

Infini-

Infinitivus Modus habet Tempora quinque.
Præsens & Præteritum imperfectum, *Esse*.
Præteritum perfectum & plùs quàm perfectū, *Fuisse*.
Futurum. *Fore*, *vel* | *S. Esse futurum, futuram, futurum.*
| *P. Esse futuros, futuras, futura.*

Gerundiîs & Supinîs *caret.*

Participii | Præsenti Tempore *caret.*
| Futurum. *Futurus, futura, futurum.*

Composita Verbi Sum *ita conjugantur sicut ipsum* Sum; *ùt* Adsum, Absum, Desum, Insum &c: *præter* Prosum & Possum: *quorum prius f.* Prosum *in conjugando recipit* D. *ante* E. *ubiq; ùt* Prosum, prodes, prodest. Proderam, prodero, prodessem, prodesse. *Hoc Verbum puer facillimè addiscet inflectere, si ipsum per totam Conjugationem Verbi* Sum, *hìc positam aliquoties duxerit Præceptor: sic enim Tyro citiùs animadvertet, in quibus Temporibus & Personis* D. *ante* E. *erit ipsi ponendum. Alterum verò f.* Possum, *in multis Temporibus* T. *ante* E. *&* V. *recipit, quod ex his sequentibus apparebit.*

Indicativi	Præsens.	*S. Possū, potes, potest. P. Possumus, potestis, possūt*
	Imperf:	*S. Poteram ras, rat. P. Poteramus, ratis, rant.*
	Perfectū	*S. Potui, isti it. P. Potuimus, istis, erunt vel ere.*
	Plus:per	*S. Poteurā, eras, erat. P. Potueramus, ratis, rant*
	Futurum	*S. Potero, eris, it. P. Poterimus, ritis, runt.*

Imperativô Modô *caret.*

Subjunctivi.	Præsens	*S. Possim, possis, possit. P. Possimus, possitis, possint*
	Imperf:	*S Possem, posses, posset P, Possemus, ssetis, ssent.*
	Perfect.	*S. Potuerim, ris, rit. P. Potuerimus, ritis, rint.*
	pl:perf:	*S. Potuissem, sses sset. P. Potuissemus ssetis, ssent.*
	Futuru.	*S. Potuero, eris, erit. P Potuerimus, ritis, rint.*

Infiniti-vi. | Præsens & Præteritum imperfectum, *Posse.*
| Præteritum perfectum & plùs quàm perfectum, *Potuisse. Cæterîs ad finem caret.*

CON-

CONJUGATIO Verbi Neutrius *Volo.*

Indicativus Modus habet Tempora quinque.

Præsens.	S. *Ego volo, tu vis, ille vult.*
	P. *Nos volumus, vos vultis, illi volunt.*
Præteritum imperfectũ	S. *Ego volebam, tu volebas, ille volebat.*
	P. *Nos volebamus, vos volebatis, illi volebant*
Præteritum perfectum.	S. *Ego volui, tu voluisti, ille voluit.*
	P. *Nos voluimus, vos voluistis, illi voluerunt vel voluere*
Præteritum plus quàm perfectum	S. *Ego volueram, tu volueras, ille voluerat.*
	P. *Nos volueramus, vos volueratis, illi voluerant.*
Futurum.	S. *Ego volam, tu voles, ille volet.*
	P. *Nos volemus, vos voletis, illi volent.*

Imperativô Modô *caret.*

Subjunctivus Modus habet Tempora quinque

Præsens.	S. *Ego velim, tu velis, ille velit.*
	P. *Nos velimus, vos velitis illi velint.*
Præteritũ imperfec:	S. *Ego vellem, tu velles, ille vellet.*
	P. *Nos vellemus, vos velletis, illi vellent.*
Præteritũ perfectũ.	S. *Ego voluerim, tu volueris, ille voluerit.*
	P. *Nos voluerimus, vos volueritis, illi voluerint.*
Præteritũ plus:perf:	S. *Ego voluissem, tu voluisses, ille voluisset.*
	P. *Nos voluissemus, vos voluissetis, illi voluissent.*
Futurum.	S. *Ego voluero, tu volueris, ille voluerit.*
	P. *Nos voluerimus, vos volueritis, illi voluerint.*
Infinitivi Modi.	Præsens & Præteritum imperf & *Velle.*
	Præterit: perfect: & plusq: perf: *Voluisse.*
	Futurô & Supinîs *caret.*

Gerundia sunt tria sed rara. *Volendi, volendo, dum.*

Participii Præsens. *Volens.* Futurô *caret.*

CONJUGATIO Verbi Neutrius *Malo.*

Indicativus Modus habet Tempora quinque.

Præsens.	*S. Ego malo, tu mavis, ille mavult.*
	P. Nos malumus, vos mavultis, illi malunt.
Præteritũ imperfec:	*S. Ego malebam, tu malebas, ille malebat.*
	P. Nos malebam9, vos malebatis, illi malebant
Præteritũ perfectũ.	*S. Ego malui, tu maluisti, ille maluit.*
	P. Nos maluimus, vos maluistis, illi maluerunt vel maluere.
Præteritũ plus quã perfectũ.	*S. Ego malueram, tu malueras, ille maluerat.*
	P. Nos malueramus, vos malueratis, illi maluerant.
Futurum.	*S. Ego malam, tu males, ille malet.*
	P. Nos malemus, vos maletis, illi malent.

Imperativô Modô *caret.*

Subjunctivus Modus habet Tempora quinque.

Præsens.	*S. Ego malim, tu malis, ille malit.*
	P. Nos malimus, vos malitis, illi malint.
Præteritũ imperfec:	*S. Ego mallem, tu malles, ille mallet.*
	P. Nos mallemus, vos malletis, illi mallent.
Præteritũ perfectũ	*S. Ego maluerim, tu malueris, ille maluerit.*
	P. Nos maluerim9, vos malueritis, illi maluerint.
Præteritũ plus perf:	*S. Ego maluissem, tu maluisses, ille maluisset.*
	P. Nos maluissem9, vos maluissetis, illi maluisset.
Futurum.	*S. Ego maluero, tu malueris, ille maluerit.*
	P. Nos maluerimus, vos malueritis, illi maluerint.
Infinitivi Modi.	Præsens & præteritum imperfect: *Malle.*
	Præteritum perf: & plusq: perf: *Maluisse.*
	Futurô *caret.*

Gerundiis, Supinis, Participiis, *caret.*

CON-

CONJUGATIO Verbi Neutrius *Nolo.*

Indicativi Modi.	Præsens.	S. *Ego nolo, tu non vis, ille non vult*
		P. *Nos nolumus, vos non vultis, illi nolunt.*
	Præteritū imperfec:	S. *Ego nolebam, tu nolebas, ille nolebat.*
		P. *Nos nolebamus, vos nolebatis, illi nolebant.*
	Præteritū perfectū.	S. *Ego nolui, tu noluisti, ille noluit*
		P. *Nos noluimus, vos noluistis, illi noluerunt vel noluere.*
	Præteritū plus: per:	S. *Ego nolueram, tu nolueras, ille noluerat.*
		P. *Nos nolueramꝰ, vos nolueratis, illi noluerāt.*
	Futurum.	S. *Ego nolam, tu noles, ille nolet.*
		P. *Nos nolemus, vos noletis, illi nolent.*
Imperativi Modi.	Præsens.	S. *Tu noli.*
		P. *Vos nolite.*
	Futurum.	S. *Nolito tu, nolito ille.*
		P. *Vos nolitote, illi nolunto.*
Subjunctivi Modi.	Præsens.	S. *Ego nolim, tu nolis, ille nolit.*
		P. *Nos nolimus, vos nolitis, illi nolint.*
	Præteritū Imperfec:	S. *Ego nollem, tu nolles, ille nollet.*
		P. *Nos nollemus, vos nolletis, illi nollent.*
	Præteritū perfectū.	S. *Ego noluerim, tu nolueris ille noluerit.*
		P. *Nos noluerimus, vos nolueritis, illi noluerint.*
	Præteritū plus quā perfectū.	S. *Ego noluissem, tu noluisses, ille noluisset.*
		P. *Nos noluissemus, vos noluissetis, illi noluissent.*
	Futurum.	S. *Ego noluero, tu nolueris, ille noluerit.*
		P. *Nos noluerimꝰ, vos nolueritis, illi noluerint.*

Infinitivi.	Præsens & Præteritum imperfectum. *Nolle.*
	Præteritum perfec: & plusq: perf: *Noluisse.*
	Futurô Gerundiîs & Supinîs *caret.*

Participii Præsens, *Nolens.* Futurô *caret.*

CONJUGATIO Verbi Neutro-Passivi *Fio.*

Annotatio. *Ex duobus Verbis Defectivis s. ex* Fio, *quod caret propriô Præteritô, &* Factus sum *quod caret propriô Præsenti (nam* Facior, *antiquum jam obsolevit) Grammatici quasi unum Verbum integrum fecerunt: ubi unum supplet defectum alterius: quod idem fit in Compositis. Nam Composita Verbi* Facio, *desinentia in* acio *habent Passivum in* O, *ut* Calefacio, calefio, tepefacio tepefio &c: *desinentia verò in* icio *habent in* Or, *ut* Afficio, afficior, Conficio, conficior &c: *Quando quæritur,* Facio, *cujus Generis? Responde: Activi, deinde cùm quæritur, quod est ejus Passivum? dicas* Fio, *quod sic conjugabis.*

Indicativi Modi.

Præsens.	S. *Ego fio, tu fis, ille fit.*
	P. *Nos fimus, vos fitis, illi fiunt.*
Præteritum imperfectũ. *in Bam.*	S. *Ego fiebam, tu fiebas, ille fiebat.*
	P. *Nos fiebamus, vos fiebatis, illi fiebant.*
Præteritum perfectum.	S. *Ego sum vel fui factus, tu es vel fuisti factus, ille est vel fuit factus.*
	P. *Nos sumus vel fuimus facti, vos estis vel fuistis facti, illi sunt vel fuerunt facti.*
Præteritum plus quàm perfectum.	S. *Ego eram vel fueram factus, tu eras vel fueras factus, ille erat vel fuerat factus.*
	P. *Nos eramus vel fueramus facti, vos eratis vel fueratis facti, illi erant vel fuerant facti.*
Futurum,	S. *Ego fiam, tu fies, ille fiet.*
	P. *Nos fiemus, vos fietis, illi fient.*

Imperativô Modô *caret,* nam *Fi, Fite,* & *Fito,* sunt rarissima.

Sub-

Subjunctivi Modi.

Præsens.	S. *Ego fiam, tu fias, ille fiat.*
	P. *Nos fiamus, vos fiatis, illi fiant.*
Præteritum imperfectũ	S. *Ego fierem, tu fieres, ille fieret.*
	P. *Nos fieremus, vos fieretis, illi fierent.*
Præteritum perfectum.	S. *Ego sim vel fuerim factus, tu sis vel fueris factus, ille sit vel fuerit factus.*
	P. *Nos simus vel fuerimus facti, vos sitis vel fueritis facti, illi sint vel fuerint facti.*
Præteritum plus quàm perfectum.	S. *Ego essem vel fuissem factus, tu esses vel fuisses factus, ille esset vel fuisset factus.*
	P. *Nos essemus vel fuissemus facti, vos essetis vel fuissetis facti, illi essent vel fuissent facti.*
Futurum.	S. *Ego ero vel fuero factus, tu eris vel fueris factus, ille erit vel fuerit factus.*
	P. *Nos erimus vel fuerimus facti, vos eritis vel fueritis facti, illi erunt vel fuerint facti.*

Infinitivi Modi.

Præsens & Præteritum imperfectum, *Fieri.*

Præteritum perf: & plus quàm perfectũ.	S. *Esse vel fuisse factum, am, um.*
	P. *Esse vel fuisse factos, as, a.*
Futurum, *Factum iri*	S. *Esse faciendum, am, um.*
	P. *Esse faciendos, as, a.*

Participia significationis Passivæ duo.	Prœteritum in *us*, ùt *Factus, facta, factum.*
	Futurum in *dus*, ùt *Faciendus, facienda, faciendum.*

CON-

CONJUGATIO Verbi Neutrius *Eo*.

Indicativus Modus habet Tempora quinque.

Præsens.	*S. Ego eo, tu is, ille it.*
	P. Nos imus, vos itis, ille eunt.
Præteritum	*S. Ego ibam, tu ibas, ille ibat.*
Imperfectũ	*P. Nos ibamus, vos ibatis, illi ibant.*
Præteritum	*S. Ego ivi, tu ivisti, ille ivit.*
perfectum.	*P. Nos ivimus, vos ivistis, illi iverunt vel ivere.*
Præteritum	*S. Ego iveram, tu iveras, ille iverat.*
plùs quàm	*P. Nos iveramus, vos iveratis, illi ive-*
perfectum.	*rant.*
Futurum.	*S. Ego ibo, tu ibis, ille ibit.*
	P. Nos ibimus, vos ibitis, illi ibunt.

Imperativus Modus habet Tempora duo.

Præsens.	*S. Tu i.*
	P. Vos ite.
Futurum.	*S. Tu ito, ille ito.*
	P. Vos itote, illi eunto.

Subjunctivus Modus habet Tempora quinque.

Præsens.	*S. Ego eam, tu eas, ille eat.*
	P. Nos eamus, vos eatis, illi eant.
Præteritum	*S. Ego irem, tu ires, ille iret.*
imperfectũ	*P. Nos iremus, vos iretis, illi irent.*
Præteritum	*S. Ego iverim, tu iveris, ille iverit.*
perfectum.	*P. Nos iverimus, vos iveritis, illi iverint.*
Præteritum	*S. Ego ivissem, tu ivisses, ille ivisset.*
plùs quàm	*P. Nos ivissemus, vos ivissetis, illi ivis-*
perfectum.	*sent.*
Futurum.	*S. Ego ivero, tu iveris, ille iverit.*
	P. Nos iverimus, vos iveritis, illi iverint.

Infini-

Infinitivus Modus habet Tempora quinque, Præsens & Præteritum imperfectum, *Ire.* Prœteritum perfectum & plusq: perfectum, *Ivisse.*

Futurum.	S. *Esse iturum, ituram, iturum.*
	P. *Esse ituros, ituras, itura.*

Gerundia sunt tria, *Eundi, eundo, eundum.*

Supinum. *Itum.*	Præsens,	*Iens, euntis.*
Participii.	Futurum.	*Iturus, itura, iturum.*

Annotatio. *Composita Verbi* Eo, *scilicet ista:* Adeo, Abeo, Ineo, Redeo, &c: *ita conjugantur sicut ipsum* Eo.

QUEO, NEQUEO, VENEO.

Qui scit Conjugationem Verbi Eo: *is facillimè poterit inflectere etiam ista tria Verba* Queo, Nequeo, Veneo. *Nam si Verbo* Eo *præposuerit in omnium Modorum omnibus Temporibus & Personis istas literas duas,* Qu, *habebit Conjugationem Verbi* Queo, *si præposuerit istas quatuor* Nequ, *Conjugabit Verbum* Nequeo, *si deniq; istas tres* Ven, *efficiet inflexionem Verbi* Veneo. *Sed interim notet. Primò* Queo, & Nequeo *caret & Imperativô & Gerundiîs. Secundò Verbum* Veneo *(cujus Imperativus eget Authoritate) tantùm ad Plùs quam perfectum Infinitivi esse inflectendum, nam reliquîs usq; ad finem sc: Futurô Infinitivi Gerundiîs & Participiis caret. De Supino quoq; ejus adhuc lis est, nam* Venum *alii dicunt esse adverbium.*

De Præteriti Syncope & Futuro Infinitivi.

Inter conjugandum commemoretur Puero frequenter. Primò Præterita, ut cum suis Derivativis Personas suas sæpè per Syncopen efferre sciat: ùt Nôsti, *pro* novisti, nôram *pro* noveram, amâsti, *pro* amavisti, audîsse, *pro* audivisse, abiit, *pro* abivit &c. *Secundò Futurum Infinitivi esse duplex, unum quod ex* Esse, *aliud quod ex* Fuisse, *componitur, & hoc posterius quo etiam non rarò utimur, Futurum Præterito mistum vocari.*

Conjugationes Verborum Impersonalium in T.

Indicativus Modus habet Tempora quinque.

Præsens.	1. *Vacat,*	3. *Accidit.*
	2. *Oportet,*	4. *Expedit.*
Præteritum Imperfectū	1. *Vacabat,*	3. *Accidebat.*
	2. *Oportebat,*	4. *Expediebat.*
Præteritum perfectum.	1. *Vacavit,*	3. *Accidit.*
	2. *Oportuit,*	4. *Expedivit.*
Præteritum plusq: perf:	1. *Vacaverat,*	3. *Acciderat.*
	2. *Oportuerat,*	4. *Expediverat.*
Futurum.	1. *Vacabit,*	3. *Accidet.*
	2. *Oportebit,*	4. *Expediet.*

Imperativô Modô *carent.*

Subjunctivus Modus habet Tempora quinque

Præsens.	1. *Vacet,*	3. *Accidat.*
	2. *Oporteat,*	4. *Expediat.*
Præteritum imperfectū.	1. *Vacaret,*	3. *Accideret.*
	2. *Oporteret,*	4. *Expediret.*
Præteritum perfectum.	1. *Vacaverit,*	3. *Acciderit.*
	2. *Oportuerit,*	4. *Expediverit.*
Præteritum plusq: perf:	1. *Vacâsset,*	3. *Accidisset.*
	2. *Oportuisset,*	4. *Expedivisset.*
Futurum.	1. *Vacaverit,*	3. *Acciderit.*
	2. *Oportuerit,*	4. *Expediverit.*

Infinitivus Modus habet Tempora quinque.

Præsens & imperfectū	1. *Vacare,*	3. *Accidere.*
	2. *Oportere,*	4. *Expedire.*
Præteritum perfectū & plùs quàm perfectum,	1. *Vacâsse,*	3. *Accidisse.*
	2. *Oportuisse,*	4. *Expedivisse.*

Cæteris carent.

Conju-

Conjugationes Impersonalium in *Tur*.

Indicativus Modus habet Tempora quinque.

Præsens.	1. *Aratur*,	3. *Creditur.*
	2. *Ridetur*,	4. *Venitur.*
Præteritũ	1. *Arabatur*,	3. *Credebatur.*
imperfec:	2. *Ridebatur*,	4. *Veniebatur.*
Præteritũ	1. *Aratum est vel fuit*,	3. *Creditum est vel fuit.*
perfectũ.	2. *Risum est vel fuit*,	4. *Ventum est vel fuit.*
Præteritũ	1. *Aratũ erat vel fuerat*,	3. *Creditũ erat vel fuerat*
pluſ: per:	2. *Risũ erat vel fuerat*,	4. *Ventũ erat vel fuerat.*
Futurũ.	1. *Arabitur*,	3. *Credetur.*
	2. *Ridebitur*,	4. *Venietur.*

Imperativô Modô *carent.*

Subjunctivus Modus habet Tempora quinque.

Præsens.	1. *Aretur*,	3. *Credatur.*
	2. *Rideatur*,	4. *Veniatur.*
Præteritũ	1. *Araretur*,	3. *Crederetur.*
imperfec.	2. *Rideretur*,	4. *Veniretur.*
Præteritũ	1. *Aratum sit vel fuerit*,	3. *Creditum sit vel fuerit;*
perfectũ.	2. *Risum sit vel fuerit*,	4. *Ventum sit vel fuerit.*
Præteritũ	1. *Aratũ esset vel fuisset*,	3. *Creditũ esset vel fuisset.*
pluſ:perf.	2 *Risum esset vel fuisset*,	4. *Ventũ esset vel fuisset.*
Futurum.	1. *Aratũ erit vel fuerit*,	3. *Creditũ erit vel fuerit.*
	2. *Risum erit vel fuerit*,	4. *Ventũ erit vel fuerit.*

Infinitivi Modi.

Præsens &	1. *Arari*,	3. *Credi.*
imperfect:	2. *Rideri*,	4. *Veniri.*
Præt: perf:	1. *Aratũ esse vel fuisse*,	3. *Creditum esse vel fuisse.*
& pluſ:per	2. *Risum esse vel fuisse.*	4. *Ventum esse vel fuisse.*
Futurum.	1. *Aratum iri*,	3. *Creditum iri.*
	2. *Risum iri*,	4. *Ventum iri.*

Cæterîs *carent.*

Forma

Forma Generalis quatuor Conjugationum in O.

Indicat: Modus habet Tempora quinque.	Præsens.	Singulariter.	1.	o,	as,	at.
			2.	eo,	es,	et.
			3. 4.	o,	is,	it.
		Pluraliter.	1.	amus,	atis,	ant.
			2.	emus,	etis,	ent.
			3. 4.	imus,	itis,	unt.
	Præteritum imperfectū	S.	1. 2. 3. 4.	bam,	bas,	bat.
		P	1. 2. 3. 4.	bamus,	batis,	bant.
	Præter tum perfectum.	S.	1. 2. 3. 4.	i,	isti,	it.
		P.	1. 2. 3. 4.	imus,	istis,	erunt v. ere
	Præteritum plusq: perf:	S.	1. 2. 3. 4.	eram,	eras,	erat.
		P.	1. 2. 3. 4.	eramus,	eratis,	erant.
	Futurum.	1. 2.	S.	bo,	bis,	bit.
			P.	bimus,	bitis,	bunt.
		3. 4.	S.	am,	es,	et.
			P.	emus,	etis,	ent.
Imp: Mod: habet Temp: duo.	Præsens.	Singulariter.	1.	a.	Plural: 1.	ate.
			2. 3.	e	2.	ete.
			4.	i.	3. 4.	ite.
	Futurum.	Singulariter.	1.	ato,		ato.
			2.	eto,		eto.
			3. 4.	ito,		ito.
		Pluraliter.	1.	atote,		anto.
			2.	etote,		ento.
			3. 4.	itote,		unto.

Sub-

Subjunct: Modus habet Temp: quinque.

Præsens.	1.	*S.*	*em,*	*es,*	*et.*
		P.	*emus,*	*etis,*	*ent.*
	2. 3. 4.	*S.*	*am,*	*as,*	*at.*
		P.	*amus,*	*atis,*	*ant.*

Præteritum imperfectũ	Singulariter.	1.	*arem,*	*ares,*	*aret.*
		2. 3.	*erem,*	*eres,*	*eret.*
		4.	*irem,*	*ires,*	*iret.*
	Pluraliter.	1.	*aremus,*	*aretis,*	*arent.*
		2. 3.	*eremus,*	*eretis,*	*erent.*
		4.	*iremus,*	*iretis,*	*irent.*

Præteritum perfectum.	*S.* 1. 2. 3. 4.	*erim,*	*eris,*	*erit.*
	P. 1. 2. 3. 4.	*erimus,*	*eritis,*	*erint.*
Præteritum plùs quàm perfectum.	*S.* 1. 2. 3. 4.	*issem,*	*isses,*	*isset.*
	P. 1. 2. 3. 4.	*issemus,*	*issetis,*	*issent.*
Futurum.	*S.* 1. 2. 3. 4.	*ero,*	*eris,*	*erit.*
	P. 1. 2. 3. 4.	*erimus,*	*eritis,*	*erint.*

Infinitivus Modus habet Tempora quinque.

Præsens & Præteritum imperfectum.	1.	*are.*
	2. 3.	*ere.*
	4.	*ire.*

Præteritum perfect: & plusq: perfect: 1. 2. 3. 4. *isse.*

Futurum.	Singulariter. *Esse*	*urum,*	*uram,*	*urum.*
	Pluraliter. *Esse*	*uros,*	*uras,*	*ura.*
Gerundi.	1.	*andi,*	*ando,*	*andum.*
	2. 3. 4.	*endi,*	*endo,*	*endum.*
Supinum.	1. 2. 3. 4.	*um,*	*u.*	

Participia significationis Activæ duo.	Præsens.	1.	*ans.*
		2. 3.	*ens.*
		4.	*iens*
	Futurum.	1. 2. 3. 4.	*urus, a, um.*

Forma

Forma Generalis quatuor Conjugationum in Or.

Indicat: Modus habet Temp: quinque.

Præs: Singularit:
1. *or, aris, vel are, atur.*
2. *eor, eris, vel ere, etur.*
3. *or, eris, vel ere, itur.*
4. *ior, iris, vel ire, itur.*

Pluraliter.
1. *amur, amini antur.*
2. *emur, emini, entur.*
3. 4. *imur, imini, untur.*

Imper: *S. 1. 2. 3. 4. bar, baris, vel bare, batur.*
P. 1. 2. 3. 4. bamur, bamini, bantur.

Perfe: *S. 1. 2. 3. 4. Sum vel fui, us, es, vel fuisti us, &c.*
P. 1. 2. 3. 4. Sumus vel fuimus i, estis vel fuistis i, &c.

Plusq: *S. 1. 2. 3. 4. Erã v. fuerã us, eras v. fueras us, &c.*
P. 1. 2. 3. 4. Eramus vel fueramus i, eratis, &c.

Futu:
1. 2. *S. bor, beris, vel bere, bitur.*
P. bimur, bimini, buntur.
3. 4. *S. ar, eris, vel ere, etur.*
P. emur, emini, entur.

Imperat: Modus habet Temp: duo.

Præs: Singular.
1. *are*
2. 3. *ere.*
4. *ire.*

Pluralit:
1. *amini.*
2. *emini.*
3. 4. *imini.*

Futu: Singulariter.
1. *ator, ator.*
2. *etor, etor.*
3. 4. *itor, itor.*

Pluraliter.
1. *aminor, antor.*
2. *eminor, entor.*
3. 4. *iminor, untor.*

Sub-

Subjunctivus Modus habet Tempora quinque.

Præſ:	1.	S. *Er, eris, vel ere, etur.*
		P. *Emur, emini, entur.*
	2. 3. 4.	S. *Ar, aris, vel are, atur.*
		P. *Amur, amini, antur.*
Impē:	Singulariter.	1. *Arer, areris, vel arere, aretur.*
		2. 3. *Erer, ereris vel erere, eretur.*
		4. *Irer, ireris vel irere, iretur.*
	Pluraliter.	1. *Aremur, aremini, arentur*
		2. 3. *Eremur, eremini, erentur.*
		4. *Iremur, iremini, irentur.*
Perf:	S. 1. 2. 3. 4. *Sim vel fuerim us, ſis vel fueris us, &c.*	
	P. 1. 2. 3. 4. *Simꝰ vel fuerimꝰ, i, ſitꝰ vel fueritis, &c.*	
Pluſ.	S. 1. 2. 3. 4. *Eſſem vel fuiſſem us, eſſes vel fuiſſes, &c.*	
	P. 1. 2. 3. 4. *Eſſemus vel fuiſſemus i, eſſetis, &c.*	
Futū	S. 1. 2. 3. 4. *Ero vel fuero us, eris vel fueris us &c.*	
	P. 1. 2. 3. 4. *Erimus vel fuerimus i, eritis, &c.*	

Infinitivus Modus habet Tempora quinque.

Præſens & Præteritum imperfectum, | *1. ari, 3. i.*
| *2. eri, 4. iri.*

Præteritum perf: & plùs quàm perfe: *Eſſe vel fuiſſe.* | S. *1. 2. 3. 4. um, am, um.*
| P. *1. 2. 3. 4. os, as, a.*

Futurum. *um, iri, vel* | S. *Eſſe dum, dam, dum.*
| P. *Eſſe dos, das, da.*

Participii. | Præteritum. *1. 2. 3. 4. us, a, um.*
| Futurum. *1. 2. 3. 4. dus, da, dum.*

Anno-

Annotatio. *Verba Communia & Deponentia, ab Indicativi Præsenti ad Futurum Infinitivi, eandem habent Terminationem, in omnibus omnium Modorum Temporibus & Personis, quam ipsa Verba Passiva, at verò à Futuro ad finem longè diversam, ut patet in his subjectis formulis.*

Formula Verborum Deponentium.

Infinitivi Futurum. | *S. Esse urum, uram, urum.*
| *P. Esse uros, uras, ura.*

Admonitio. *Cave hic dicere* um, iri.

Gerundia sunt tria, *di, do, dum.* Supina, *um, u.*

Participii.	Præsens.	in *Ns.*
	Præteritum.	in *us, a, um.*
	Futurum.	in *rus, a, um.*

Formula Verborum Communium.

Infinitivi Futurum.	Activum.	*S. Esse rum, ram, rum;*
		P. Esse ros, ras, ra,
	Passivum.	*S. Esse dum, dam, dum,*
		P. Esse dos, das, da,

Gerundia sunt tria. *Di, do, dum.*
Supina, *Vm, u.*

Participii.	Præsens.		in *Ns;*
	Præteritum.		in *Vs, a, um;*
	Futurum.	Activum.	in *Rus, a, um;*
		Passivum.	in *Dus, a, um;*

De Formationibus Temporum.

Præsens & Præteritum perfectum Indicativi itemq; Supinum cujuslibet Verbi optimè noverit Grammaticus. Nam si hæc tria sciverit, totam facillimè poterit scire Conjugationem, cùm hæc tria sint veluti principia quædam, ex quibus cætera ferè omnia nascentur. Porrò, quæ Tempora à Præsenti, quæ à Præterito, & quæ à Supino oriantur, sequens Tabula ostendet.

TABU-

T A B U L A.

Præsens *Amo.*	Indicativi.	Imperfectū. Futurum.	Præsens	Participii. Gerundia. Futurum. Participii in *Dus.* *Ex hoc fit Futurum Passivum Infinitivi.*
	Imperativi.	Præsens. Futurum.		
	Subjunctivi.	Præsens. Imperfectū.		

Præterit: *Amavi.*	Infinitivi præsens & imperfect: *additô* Esse.			
	Indicativi plùs quàm perfectum,		*Ram.*	
	Subjunctivi.	Perfectum,	*Rim,*	sic. *Memini.*
		Plùs quàm perfect:	*ssem,*	*O i.*
		Futurum.	*Ro.*	*Novi.*
	Infinit: Perf: & plùsq: perf:		*sse*	*Cæpi.*

Supinū *Amatum*	1. Futurum Passivum Infinitivi addito *Iri.*
	2. Futurum Participii in *Rus.* *Ex hoc fit Infinitivi Futurum addito,* Esse.

Participii. Præte: *Ex hoc fit.*	Indicativi.	Perfectum, *Sum vel fui N.*
		plùsq: perf: *Era vel fuera N.*
	Subjunctivi.	Perfectum, *Sim vel fuerim N.*
		plùsq: perf: *Esse vel fuisse N.*
		Futurum, *Ero vel fuero N.*
	Infinitivi.	Perfectum plùs quàm perf: *Esse vel fuisse N.*

Declaratio Tabulæ

1. *Constituantur ista tria participia nempe* Præsens, Præteritum & Supinum, *sic* v. g. *Amo, amavi, amatum, Dico, dixi, dictum, Traho, traxi, tractum, quæ ex secundo Libro Grammaticarum Institutionum peti possunt.*

A præsenti

A præsenti cujuslibet Modi præsens & imperfectum itemq; Futurum Indicativi & Imperativi formatur.

A præterito cujuslibet Modi Perfectum & plùs quàm perfectum, & futurum Subjunctivi oritur.

A Supino fit primò Participii Futurum Rus, *quod Futurum additô* Esse, *vel* Fore, *supplet Futurum Infinitivi Activæ vocis.*

Secundò fit à Supino Præteritum Participii, si Verbum non est Neutrum. Hoc participium conjunctum cum Verbo Sum, *supplet Perfecta & plus quàm Perfecta & Perfecta Subjunctivi Verborum in* Or, *& Neutro-passivorum.*

Tertiò fit à Supino Futurum Passivum, Infiniti Modi addita voce Iri.

3. Talibûs Verbîs uti oportet, circa formationem quæ fit

A Præsenti, Formatur à secunda Persona singulari Indicativi modi temporis præsentis nempe ab Amas, *sic mutatô* s. *in* Bam, *fit* Amabam.

A Præterito, Formatur à prima Persona Præteriti perfecti Indicativi modi nempe ab Amavi, *sic mutatâ literâ* I *in* E, *fit* Amave, *& addita syllaba* Ram, *fit* Amaveram, *&c.*

A Supino, Formatur Futurum nempe ab Amatum, *sic mutatâ literâ* M, *in* Rus, *fit* Amaturus, &c.

Formatio à præsenti ferè solis analogis verbis convenit, at verò à præterito & Supino omnibus verbis etiam defectivis.

Verba in Or, *præsentia, imperfecta, item Indicativi & Imperativi, futura, formantur a Verbis Activæ vocis sive veræ, sive fictæ, & ab iisdem quidem temporibus, ut ex* Amabam, *fit* Amabar, *ex ficto* Criminabam, *fit* Criminabar.

Verba in Or, *Præterita perfecta & plus quàm perfecta, & Futura Subjunctivi & Infinitivi ex Verbo* Sum, *& participio habent composita, prout Verba Neutro-passiva.*

De

De Imperativi Modi Personis.

Præsens Imperativi utriusq; Numeri Primis & Tertiis Personis, Futurum verò tantùm Primis (pace tua Lector candide) carere docemus, idq; propterea, ut eam difficultatem, quam Tyrones in his Personis formandis experiuntur maximam, omninò tollamus. Illas verò Personas, quæ communiter ponuntur, non Imperativi, sed Subjunctivi dicimus esse Modi, quod quidem verum esse & terminatio istarum Personarum, & usus Subjunctivi pro Imperativo per Enallagen frequentissimus ostendit & probat.

Ratio formandarum Personarum in Imperativo à Personis Temporum Præsentis Indicativi.

Verborum desinentiũ in O. *vel M* Imperativi Modi Temporis.

- Præsentis, Secunda Persona Pluralis, *fit ex Tertia Singulari additò E, ut ex* Amat, *fit* Amate, est, este, fert, ferte.
- Futuri, Persona Singularis Secunda & Tertia *fit ex Tertia Singulari, additò* O, *ut ex* Amat, *fit* amato, est, esto.
- Futuri, Persona Pluralis Secunda *fit ex Tertia singulari additò* te, ut *ex* Amato *fit* amatote: *ex* esto, *fit* estote.
- Futuri, Persona Pluralis Tertia *fit ex Tertia Plurali, additò* O, *ut ex* amant, *fit* amanto.

Verborum desinentiũ in Or, Imperativi Modi Temporis.

1. Præsentis, Persona Secunda Singularis *similis est Personæ Secundæ Singulari Indicativi in* E. *ut* amare.
2. Præsentis, Persona secunda Pluralis *similis est Secundæ Plurali Indicativi, ut* amamini, doceminis
3. Futuri. Persona Singularis Secunda & Tertia *fit ex Tertia Singulari mutatô* Ur, *in* Or, *ut ex* amatur *fit* amator.
4. Futuri, Persona Pluralis Secunda, *fit ex Secunda Plurali mutatô* I, *in* Or, *ut ex* amamini, *fit* amaminor.
5. Futuri, Persona Pluralis Tertia. *fit ex Tertia Plurali, mutatô* Ur, *in* Or, *ut ex* amantur, *fit* amantor.

De Modo Optativo, Potentiali & Permissivo

Licèt septem in Verbo Modos admittamus, tamen quatuor tantùm expressè ponimus, propterea, quòd istorum trium Modorum, s. Optativi, Potentialis, & Permissivi, ex Subjunctivo Modo suæ memoriæ optimè impresso, faciliùs & citiùs Puer Repetitionis tempore à Præceptore addiscet inflexionem, quàm, si eam hìc expressam quæreret. Nam isti tres Modi ferè ubiq; ita sunt inflectendi, ut inflectitur Subjunctivus. Omissis ergo his tribus, illorum tantùm quatuor inflexionem à principio Tyronibus addiscendam Præceptor assignet.

Modus Optativus.

In Optativo omnia Tempora esse diversa & diversam habere Terminationem, præter Futurum, quod (si datur) simile debet esse Præsenti Subjunctivi, Veterum Exempla testantur.

Modus Potentialis.

Modus Potentialis.

Habet Tempora quinque, & easdem in omnibus Temporibus & Personis terminationes, quas habet Subjunctivus, præter primam Singularem Futuri, quæ debet esse similis Primæ singulari perfecti ejusdem Modi, & tripliciter solet explicari.

Primò explicatur per Possum. Hor: *Quis eum dignè laudàrit, seu scripserit:* id est, *Laudare poterit.* Quint: *Frangas citiùs, quàm corrigas, quia in pravum induràverunt,* id est, *frangere poteris.*

Secundò explicatur per Debeo. Virg: *Eloquar, an sileam?* id est, *Debeo eloqui, an silere?*

Tertiò explicatur per Volo, ut, *Quis crederet mendaci?* id est, *Quis vellet credere.*

Modus Permissivus.

Modus Permissivus & Tempora & Terminationes omnes penitùs easdem habet, quas Subjunctivus. Cic: *Fuerit Caro aliis improbus, at tibi quando capit?* Idem *Sit fur, sit Sacrilegus, at est bonus Imperator.*

DE

DE PARTICIPIO.

Quid eſt Participium? *Eſt vox flexibilis, accidentia Nominis & Verbi participans:* ùt legens, dans, &c.

Quot ſunt in Participio

1. Accidentia? *Septem:* Figura, Tempus, Significatio, Genus, Declinatio, Numerus, Caſus.
2. Figuræ? *Tres:* Simplex, ùt *Volans*, Compoſita, ùt *Evolans*, Decompoſita, ùt *Superevolans*.
3. Tempora? *Tria:* Præſens, Præteritum, & Futurum.
4. Significationes? *Quatuor:* Activa, Paſſiva, Neutralis, & Communis.
5. Genera? *Quatuor:* Maſculinum, Fæmininum, Neutrum, Omne.
6. Declinationes? *Tres:* Prima, Secunda, Tertia.
7. Numeri? *Duo:* Singularis, & Pluralis.
8. Caſus? *Sex:* Nominativus, Genitivus, Dativus, Accuſativus, Vocativus, & Ablativus.

DE ADVERBIO.

Quid eſt Adverbium? *Eſt vox inflexibilis, quæ adjuncta Verbo, aut Nomini, aut Participio, aut alteri Adverbio, ejus ſignificationem determinat,* ùt bene, malè, citò, &c.

DE CONJUNCTIONE.

Quid eſt Conjunctio? *Eſt vox inflexibilis conjungens vel etiam disjungens voces, aut ſententias,* ùt Et, aut, &c.

Quæ voces ſunt Conjunctionis Partis? *Iſtæ omnes:*

Primo Ordinis Præpoſitivi, *Ac, an, at, atq; atqui, aſt, aut, &, nam, namque, num, nec, neq; quare, quamobrem, quapropter, quanquam, quocirco, ſed, ſeu, ſive, vel, utrum.*

Secundò Ordinis Poſtpoſitivi: *Autem, enim, quidem, quoque, verò, què, vè, nè.*

Tertio Ordinis Communis, *Alioqui, alioquin, dum, duntaxat, enimverò, equidem, ergo, etiam, etiamſi, idcirco, ideo, igitur, itaq; licèt, modò, nempe, ni, niſi, porro, propterea, quatenus, quia, quòd, quoniam, ſaltem, ſi, tamen, tametſi, tantummodò, verùm, verumtamen, videlicet, utique.*

DE PRÆPOSITIONE.

Quid est Præpositio? *Est vox, quæ aliis Orationis partibus fere semper præponitur, ùt* Ad, in, pro, &c.

Quæ voces sunt Præpositionis Partis? *Istæ omnes:*
Primò Accusativum regentes: *Ad, apud, ante, cis, circa, circum, circiter, citra, extra, infra, inter, intra, juxta, ob, penes, per, pene, post, præter, prope, propter, secundùm, supra, secus, trans, ultra,* Item, *contra, erga, adversùs, & adversùm.*
Secundò Ablativô gaudentes: *Absq; cum, coram, de præ, pro, palam, sine.*
Tertiò, *A,* & *E,* Quartò, *Ab,* & *Ex.*
Quintô, *Abs, tenus, versùs.*
Sextò. *In, sub, super, & subter.*

DE INTERJECTIONE.

Quid est interjectio? *Est vox indeclinabilis, affectum animi significans:* ùt Ah, heu, jo, há, ha, ha.
Quæ Vocabula sunt Interjectionis Partis? *Ista omia:*

Ah, á, ách,
Aha, ách.
Ahat, och iużci báwey.
Au, a, au. to, to, to,
Euge, á, hey.
Eja, nuż, nużè.
Eho, á iużci pomnieś
Echodem, słuchay iedno, chodź sam.
Ha, chá, chá, chá.
Hei, hey niestetyż.
Hem hę, czegoż.
Hosanna, vivat, vivát,
Heu o niestetyż.
Heu, heu, o świecie,
Heus, hey słyszysz.
Hei, wygrałeś to, tó, toś
Jo, hey, hoy.
O, o, och, och.
Oh, och, iużci pomnię.
Ohe, o ho. ho, o dosyćże też iuż.
O si, day Boże.
Utinam, bodáy.
Phy, pfo, pfá, pfe.
Prò, przebog, Mátko Boża.
Pape, czásie Páński, báwey.
St, cyt, milcz.
Vah, otoż masz, otoż tobie
Va, biádá, &c.

RATIO

RATIO
Repetitionis & Reductionis instituendæ.

Repetitio *est iteratio seu sapiùs renovata & iterata actio, per hanc Grammatici sua Puerorum mentibus imprimunt Præcepta. Potest autem triplex statui, Prima Generalis id est, ipsorum Præceptorum, Secunda specialis, id est, Vocum tantum, Tertia Mixta scil. Vocum simul & Præceptorum.*

Repetitio Generalis *est, quando ipsa Præcepta nuda cum Pueris iterum, iterumq; repetimus & ea ipsis sapiùs per istas Interrogationes inculcamus.* Primò *Quid est Grammatica? Quot sunt partes Grammaticæ? Quid est Orthographia? Etymologia? Syntaxis? Prosodia? Quot sunt Literæ Vocales? Consonantes? &c.* Deinde *in Nomine. Quid est Nomen? Quotuplex est Nomen? Quid est Nomen Substantivum? Quid Adjectivum? Quid Proprium? &c.* Tandem *in Pronomine, in Verbo & aliis Partibus Orationis referendo eas Interrogationes omnes, quæ sunt cuilibet Parti Orationis expresse adjunctæ. In hac Generali Repetitione, primò Puer exerceatur diligentissimè & tam diu circa ipsam occupetur, donec ad quamlibet istarum Interrogationum promptissime respondere poterit, claram autem istorum, quæ nunc velut pica projert, progrediente tempore, consequetur intelligentiam.*

Repetitio Specialis *seu potius Examen Vocum est, quando de natura, Proprietatibus & Accidentibus dictionum solummodò Puerum interrogamus.*

Repetitio Mixta *est quando non modò de natura proprietatibus & accidentibus dictionum Puerum interrogamus, verùm etiam fere quamlibet responsionem veram esse. Regulâ probare, & veluti confirmare jubemus, quô locô proximè ad Syllegismos, vel Enthymemata in nonnullis accedimus. Nam Regulæ apud Grammaticos id valent, quod apud Logicos Axiomata. Porro Exempla sequentia &* Speciali *&* Mixtæ *inservient Repetition.* Speciali *si tantùm prioribus usus fuerit interogationibus,* Mixtæ *verò, si priores & posteriores simul conjunxerit.*

EXEM-

EXEMPLUM IN NOMINE.

Viarum Thema?	Thema *Via*.
Via Qualis vox?	Flexibilis.
Via Cujus Partis?	Nominis.
Via Quale Nomen?	Substantivum.
Via Quale Substantivum?	Appellativum.
Via Cujus Figuræ?	Simplicis.
Via Cujus Speciei?	Primitivæ.
Via Quotæ Declinationis?	Primæ.
Via Cujus Generis?	Fæminini.
Viarum Cujus Numeri?	Pluralis.
Viarum Cujus Casus?	Genitivi, Declina *Via*.

Optimam Thema? Thema *Optima*. Qualis Vox? Flexibilis. *Optima* Cujus Partis? Nominis. *Optima* quale Nomen? Adjectivum. *Optima* Quale Adjectivum? Comparabile. *Optima* Quali Comparatione comparatur? Irregulari. *Optima* Cujus Gradus? Superlativi. *Optima* Quot terminationum? Trium, f. *Optimus, Optima, Optimum*. *Optima* Quotæ Declinationis? Primæ, *Optima* Cujus Generis? Fæminini, *Optima* Cujus Numeri? Singularis. *Optimam* Cujus Casus? Accusativi. Declina *Optima*, vel, si placet, compara.

EXEMPLUM IN PRONOMINE.

Mihi Thema?	Thema *Ego*.
Ego Qualis Vox?	Flexibilis.
Ego Cujus Partis?	Pronominis.
Ego Cujus Figuræ?	Simplicis.
Ego Cujus Speciei?	Primitivæ.
Ego Cujus Personæ?	Primæ.
Ego Cujus Generis?	Omnis.
Ego Quotæ Declinationis?	Quintæ.
Mihi Cujus Numeri?	Singularis.
Mihi Cujus Casus?	Dativi, Declina *Ego*.

EXEM-

EXEMPLUM in VERBO.

Legetis Thema? Thema *Lego*.
Lego Qualis Vox? Flexibilis.
Lego Cujus Partis? Verbi Partis.
Lego Quale Verbum ratione Personæ? Personale.
Lego Quale Verbum ratione Conjugationis? Analogum.
Lego Quale Verbum ratione Syntaxis? Transitivum.
Lego Quale Verbum ratione rei significatæ? Adjectivum.
Lego Cujus Figuræ? Simplicis.
Lego Cujus Speciei? Primitivæ.
Lego Quotæ Conjugationis? Tertiæ.
Lego Cujus Generis? Activi.
Legetis Cujus Modi? Indicativi.
Legetis Cujus Temporis? Futuri.
Legetis Cujus Numeri? Pluralis.
Legetis Quotæ Personæ? Secundæ. Conjuga *Lege*.

EXEMPLUM in PARTICIPIO.

Euntis Thema? Thema *Iens*.
Iens Qualis Vox? Flexibilis.
Iens Cujus Partis? Participii.
Iens Cujus Figuræ? Simplicis.
Iens Cujus Temporis? Præsentis.
Iens Cujus Significationis? Neutralis.
Iens Cujus Generis? Omnis.
Iens Quotæ Declinationis? Tertiæ.
Euntis Cujus Numeri? Singularis.
Euntis Cujus Casus? Genitivi. Declina *Iens*.

EXEMPLUM in Partibus Inflexibilibus.

Sæpiùs Thema? Thema idem. *Sæpiùs* Qualis Vox? Inflexibilis. *Sæpiùs* Cujus Partis? Adverbii. *Sæpiùs* Quale Adverbium? Comparabile. *Sæpiùs* Cujus Gradus? Comparativi.

Autem

Autem Thema? Thema idem *Autem* Qualis Vox? Inflexibilis. *Autem* Cujus Partis? Conjunctionis, *Autem* Cujus Ordinis? Postpositivi.

Ad Thema? Thema idem. *Ad* Qualis Vox? Inflexibilis. *Ad* Cujus Partis? Præpositionis. *Ad* Quem Casum regit? Accusativum.

Va Thema? Thema idem. Qualis Vox? Inflexibilis. Cujus Partis? Interjectionis. Quem Casum regit? Dativum.

Exemplum Repetitionis Mixtæ in Nomine.

Viarum Thema? Thema *Via*. *Via* Qualis Vox? Flexibilis. Quot sunt Partes Orationis flexibiles? Quatuor: Nomen, Pronomen, Verbum, Participium. Cur dicuntur flexibiles? Quia in fine suas terminationes variare possunt. *Via* Cujus Partis? Nominis. Quid est Nomen? est vox per Casus declinabilis rem sine tempore significans. *Via* quale est Nomen? Substantivum. Quid est Substantivum? quod tres Articulos istos, *hic*, *hæc*, *hoc*, simul habere non potest. *Via* quale est Nomen Substantivum? Appellativum. Quid est Appellativum? quod multis convenire potest. *Via* cujus Figuræ? simplicis. Quot sunt figuræ? Tres: Simplex, Composita, & Decomposita (Quid est Nomen Simplicis Figuræ? quod ex nullo alio componitur.) *Via* cujus Speciei? Primitivæ. Quot sunt Species? Duæ: Primitiva & Derivativa &c. Hoc modo eundum est per reliqua Accidentia, assignando cuilibet Generalem Interrogationem ipsi convenientem, ut Generi; Quot sunt Genera Nominum? Quot sunt Declinationes &c. Ex hoc autem uno exemplo poterit cognosci Repetitio Mixta in aliis Partibus Orationis.

Annotatio. *Thema est origo seu principium Vocis, quod in Nomine, Pronomine, & Participio fere semper est Nominativus Casus, in Verbo Prima Singularis Præsentis Indicativi Persona, in Partibus Indeclinabilibus ipsamet Vox, quæ profertur.*

De Themate dupliciter quæri potest, Primò sic v.g. *Mihi* Thema? id est, hujus Vocis. *Mihi*, quod est Thema? vel hujus vocis. *Mihi* dicas Thema, id est Principium, Secundò sic, *Fortiora* Thema? Thema *Fortius* &c.

DE REDUCTIONE.

Reducere *est Voces ad Partes Orationis, aut ad certas Regulas revocare, seu sub certis Regulis collocare. Polonicè* Odprowádzić *vel* záprowádzić. *Potest autem Reductio status triplex, Prima ad Etymologiam, Secunda ad Syntaxim, Tertia ad Prosodiam.*

Reductio *ad Etymologiam fit, quando ad aliquam Partem Orationis Vocem reducimus, & omnia Accidentia talis Vocis enumeramus. Hanc similitudinem declarare Pueris utile erit admodum, assumantur, V.g. Octo Vrbes vel Pagi, his assimilentur Partes Orationis Octo, ut ipsa Partes sint veluti Vrbes, Octo, Accidentia verò ipsarum sint velut Leges, Libertates & Privilegia Civium, sicut ergo in octo Vrbibus alii habitant Cives & alias atq; alias habent Leges, ita etiam Vocabula alia in Nomine, alia in Verbo, alia in ceteris Partibus continentur & diversa Accidentia s. Genus, Figuram, Declinationem, &c. habent sibi concessa, Verbi imò & nominis Accidentia nonnulla sic quoq; possunt ostendi s. Verbum Vrbis, Conjugationes Portarum, Modi Platearum, Tempora Lapidearum, Numeri superioris & inferioris partis, Persona cubiculorum vel hypocaustorum habent rationem. Nam sicut Vrbs concludit Portas & Plateas, ista Lapideas &c. ita Verbum habet quatuor Conjugationes, ista Modos, Modi Tempora, hae Numeros, Numeri Personas, in quibus jam est quiescendum. Reductio ad Etymologiam hoc tantum differt à Repetitione Speciali, seu ab Examine Vocum, quia Repetitio fit per Interrogationem; Reductio verò sine interrogationibus. Exemplum Reductionis sit tale.*

Docebitis Thema est *Doceo.*

Doceo Est vox flexibilis, & Verbi Partis.

Doceo Est verbum ratione Personæ Personale, ratione Conjugationis Analogum, Medium, ratione Syntaxis Transitivum, ratione rei significatæ, Adjectivum.

Doceo Est Figuræ simplicis, Speciei Primitivæ, Generis Activi, Conjugationis Secundæ.

Docebitis 1. Est Indicativi Modi, 2. Temporis Futuri. 3. Numeri Pluralis, 4. Personæ Secundæ.

Ad quam

Ad quam Partem Orationis sit Vox aliqua reducenda, sic cognosces. Primò teneas memoriâ omnia Pronomina, item omnes Præpositiones, Conjugationes, & Interrogationes, deinde sic agas, Omnis Vox aut est flexibilis, aut inflexibilis, id est, aut suas terminationes variat, aut non, Flexibilis ad Declinabiles, Inflexibilis ad Indeclinabiles Partes refertur.

Vox Flexibilis erit Pronominis Partis, si ponitur inter Pronomina. Erit Verbi Partis, si poterunt illi addi istæ Particulæ *Madò, cras, heri, Ego, tu, ille. Nos, Vos, illi.* Erit Participii Partis, si desinit in *Ns*, vel *Us*, & significat differentiam temporis. Erit Nominis Partis, si nec ad Pronomen, nec ad Verbum, nec ad Participium poterit revocari.

Vox Inflexibilis erit Conjunctionis Partis, si inter Conjunctiones, Præpositionis, si inter Præpositiones, Interjectionis, si inter Interjectiones, expresse ponitur. Erit Adverbii Partis, si nec inter Conjunctiones nec inter Præpositiones, nec inter Interjectiones, à nobis enumeratas ponitur.

Reductio *Ad Syntaxim est, quando Regulas juxta quas voces construuntur, assignamus, quod fit dupliciter. Primò juxta ordinem vocum Lectionis. Secundò juxta ordinem Regularum.*

Reductio *ad Prosodiam est, quando in Carmine vel Syllabarum Quantitatem investigamus, vel Genus Carminum, unà cum Accidentibus declaramus.*

DE DISPUTATIONE.

Disputationes Puerorum illæ sunt optimæ & utiles, quæ ex ipsius Præceptis Etymologiæ, Syntaxeos & Prosodiæ fiunt. Istæ verò Quæstiones ridiculæ: v. g. *Vis, foco, no, si, cale, te,* vel, *Da, no, cur, ovi, mage, stat,* vel, *Sto, dela, mala,* vel, *Mattis, pie, ecet,* vel. *Domo, vagrati, Nas, cantor, unas, pie, vinco, Ratus, sto, i, na, vale, Ubi, liga, tego, cura, miser, nego, voco, Sua, vola, Pana, doma, ne mas,* & aliæ similes, quem adferant Tyronibus fructum, viderint Præceptores. Nobis profectò minimè placent.

PRA-

PRAXIS COMPOSITIONIS.

Juxta Etymologiæ ac Syntaxeos Regulas elimandæ.

STylus est Nobilissimum Latini & emendati sermonis comparandi instrumentum; &, ut ait Cic: *Stylus est optimus & præstantissimus tam dicendi, quàm loquendi effector atq; Magister*, ac proinde dignus in quo Tyrones diligentissimè sese exerceant, & simul felicissimos progressus, quàm primum facere enitantur, quod quidem ut faciliùs præstare possint, hanc illis sequentem doctrinam opportuno volumus esse auxilio, ubi hoc consili ipsis damus, ut statim ab initio non citò & multa, sed benè, licet pauca, scribere incipiant, at verò benè scribendo, fiet omnino, ut & citò & plurima post modum scribere possint. Ad hoc autem istis tribus opus sibi esse sciant. Primò Studiò & summa applicatione mentis, & iis omnibus, quæ Stylus præsupponit. Secundò materia tali, quæ sit simplex, facilis, brevis, & juxta Regulas notas data. Tertiò demonstratione modi componendi. Horum primum ad ipsos Tyrones pertinet, & in quovis Exercitio est retinendum, Secundùm ad ipsam materiam, & quodammodo ad Præceptorem, & totum Exercitio secundo & tertio convenit, imò & primo, Regulis exceptis, quarto verò nonnisi ratione solius brevitatis competit. Tertium tandem Præceptoris erit proprium, & cuilibet Exercitio applicandum. Hæc me singula nunc probare & declarare tempus non patitur. Sic autem certum nos in hoc Genere similes naturæ esse debere. Ut enim natura ab imperfectioribus incipiens, ad perfectiora progreditur: ita quoque nos à rudioribus, generalioribus, frequentioribus, facilioribus, & summè necessariis ad majora cautè prudenter, suaviter, & benignè Tyrones deducere conabimur. Quo fine expedit hoc componendi Exercitium in quatuor partes partiri.

PRI-

PRIMUM EXERCITIUM.

Primum Tyronum exercitium nullum aliud esse debebit, nisi Indicativus Modus per ejusmodi formata Exempla: *Ia náuczam, ty nauczasz, on naucza, my uczemy, wy uczycie, oni uczą:* & alia plurima ratione Temporis, Numeri, & Personæ variata. Primum in *Doceo*, deinde in *Audio, Amo, Lego, Sedeo, Duco, &c.* Sed aggressurus Tyro hoc primum exercitium, sciat imprimis omnium quoq; Declinationum exempla in Nomine & Pronomine: item quatuor Conjugationes Analogorum, & pene totam Generalem Repetitionem, præterea illa.

Ego *Ia*, tu *ty*, ille *on*, nos *my*, vos *wy*, illi *oni*, Tempus *czás*, Præsens *teráżniyszy*, Præteritum *przeszty*, Futurum *przyszty*. Ubi primùm hæc omnia præmissa didicerit, tum illi Exempla ad scribendum proponantur, v. g.

Ia náuczę, { *My náuczamy,*
Ty naucz, { *Wy nauczacie,*
On naucza. { *Oni náuczáią, &c. &c.*

Hæc Exempla sic erunt scribenda, *ia nauczę; ia* Latinè *Ego*, scribatur *Ego*, *nauczę* Thema *nauczam*. *Náuczam* Latinè *Doceo*. Hîc ostendatur Tyroni Indicativus Modus, qui quoniam quinque habet Tempora, eligat Tyro tempus suo Polonico *s. Nauczę*, conveniens per ista duo Adverbia *wczora* & *iutro*, si Verbum convenit cum voce *wczora*, erit Præteriti Temporis, sive Perfecti, sive Imperfecti, parum modò refert, si cum voce *iutro* concordat, erit Futuri. Si autem cum Neutra voce convenit, erit Præsentis.

Cujus Temporis?	{ *Wczora,*	V. Præteriti.
	{ *Iutro,*	V. Futuri.
	{ *Teraz.*	V. Præsentis.

Litera V. hoc loco significat Verbum Polonicum.

Et quoniam *Nauczę* conveniat cum voce *iutro*, erit Futuri Temporis, ostendatur ergo Tyroni Futurum Tempus etiam digitô. Hoc tempus habet duos Numeros. Unde cogitet Tyro, quem debeat amplecti, si Verbo Polonico poterit addere has voces, *ieden*, *iedna*, *iedno*, erit numeri Singularis, si non, erit Pluralis.

Cujus Numeri? { *ieden*, *iedna*, *iedno*. V. Singularis.
{ *dwáy*, *trzey*, *álbo więcey*. V. Pluralis.

Náuczę, igitur, Numeri Singularis, quia illi additur vox *ieden*, s. *ia ieden náuczę*. Hic rursus, quia tres sunt Personæ, opus erit eligere Personam.

Quotæ Personæ? { *Ia*, *my*, V. Primæ.
{ *Ty*, *wy*, V. Secundæ.
{ *On*, *oni*, V. Tertiæ.

Náuczę, erit Personæ Primæ, quiá illi vox Polonica *Ia* tribuitur, formetur verò Latinè Prima Persona Singularis in Futuro s. *Docebo*, & Conjungatur cum illa voce, jam scripta, nempe cum *Ego*, ut sit *Ia nauczę*, Latinè *Ego docebo*, Simili ratione reliqua Exempla.

Admonitio. *Ab hoc Exercitio, primo, non prius erit Tyro dimittendus, quam oblatæ vocis, quæ sit Verbi Partis in Indicativo Modo ipse per se possit Tempus, Numerum & Personam cognoscere, in Libro invenire & formare, atq; eum his Nominativis.* Ego, tu, ille, nos, vos, illi *promptè & expeditè copulare.*

SECUNDUM EXERCITIUM

Exercitium Secundum præsupponit notitiam primi exercitii, & eorum omnium, quæ supponebat primum & præterea illorum s. *Quot sunt Gradus Comparationis & unde formentur? Quid sit Nomen Substantivum, Adjectivum, Proprium, Appellativum, Comparabile, Incomparabile, unius, duarum & trium Terminationum; Quomodo inflectuntur Verba Anomala? Ubi sunt quærendæ Regulæ de Generibus & Casibus Nominum, de Præteritis & Supinis Verborum*

In hoc autem Secundo Exercitio tria Puerum opus est docere, Interrogationes & Responsiones formare, voces examinare, & Regulas Syntaxeos explicare.

Porrò

Porro Interrogationes istas sequentes, magno usui Tyronibus esse futuras, inde colligi potest: quia ipsis non tantùm ostendent, quæ voces faciant inter se Syntaxim, quæ Dictio alteri Accidentia præscribit, ad quas Regulas, & quotò Capite scriptas sit recurrendum, verùm etiam sensum indicabunt, & ad amplificationes Rhetoricas viam tempestivè sternent. Has formare, priusquam ad Tertium venient Exercitium, ubi earum est maximus usus, in Secundò illo exercitio, expedit Tyrones addiscere, idque in brevissimis unius scilicet Regulæ prius explicatæ vim complectentibus Exemplîs, verbi gratiâ talibus *Krol pánuie, ludzie chodzą. Ociec przyidzie. Brácia czytáli, &c.* Item, *Rękà ciepła, Stoł biały, ołow ciężki, łáwá długá, &c.* Item *Vderzył ręką, ránił ßablą, nápisałem piorem, &c.* Exempla verò ea, quæ longiore ductu constant, verbi gratiâ: *Brácia twoi tego Roku z Krákowá pisáli do Oycá mego do Wárßáwy*, pro Tertiò Exercitiò reserventur. Ut autem in Tertio Exercitio facilior usus esse possit Interrogationum istarum, sciat Puer Primò inter illas fere solas voces Syntaxim esse, in quibus Interrogatio & Responsio potest formari, verbi gratiâ inter istas voces: *byłem dniá wczoráyßego*, est Syntaxis, quia Interrogatio potest formari hæc: *Kiedy byłem?* Responsio *dniá wczoráyßego*, supple *byłem*, ex quibus aggregatùm istud consurgit, *byłem dniá wczoráyßego*. Sciat secundò Interrogationem duabûs fermè debere fieri vocibûs, tùm inter illas rursus alia formanda erit Interrogatio & Responsio, ut patet in proximo Exemplo. *Byłem dniá wczoráyßego.* Sciat tertio aggregatùm ex Interrogatione & Responsione, niti aliquâ Regulâ Syntaxeos, quæ statim est assignanda, antequam veniatur ad examen vocum. Sciat quartò tot fore in exemplò Regulas Syntaxeos, quot erunt Interrogationes, exceptîs tamen Generalissimîs. Sciat ultimò omnium Interrogationum ferè primam esse istam *Kto*;

INTER-

INTERROGATIONES.

Ordine Alphabeti C. *denotat Caput*, N. *Numerum*, R. *Regulas*.

Co? { 1. *Ma łáskę, málwie Obrázy, robi pieniądze, &c.* 2. *Drewno płynie, Miasto gore.* In Nominativo Cap: 1. Num: 1.

Coż? Hæc Interrogatio ostendit illam vocem, cui adjungitur, ab alio vocabulo rei, aliud dependere, & continuò quidem illud esse inveniendum innuit, ut *ieżli? coż? ieżeli? ieżli był? álbo mowił, álbo czynił? &c:*

Czego? *Pełen wody, godzien chwały, ucży się Grámmátyki, słucha Filozofii.* }

Czyi? { 1. *Moy, twoy, wasz, Krolewski, Akádemicki, moiá, twoiá, moie, &c.* Cap: 1. Num: 5. 2. *Páwłow Dom, Páwłowa Mátká, Páwłowe zálecenie, tego, ich, &c.* In Genitivo C. 3. N. 1. 3. *Moiá rzecz mowić, á twoiá słucháć,* meum est, tuum est, &c: Cap: 11. Num: 7. }

Czym? { 1. *Ręką, száblą, nożem. Kámieniem, wzrostem.* | Cap: 10. N. 2. R. 4. In Ablativo. | Cap: 6. R. 1. 2. *Był Krolem, Zołnierzem, była Mátką, Krolową,* in Nominativo, Cap: 1. Num: 4. Reg: 1. & in Accusativo, si sit Verbum Infiniti modi. 3. *Krolem Brátá nazwał, uczynił Senatorem, obrał.* In Accusativo Cap: 14. Num: 5. 4. *Pociechą przykłádem y pożytkiem ludziom będzie.* In Dativo Cap: 11. Num: 2. Reg: 4. }

Annotatio. Harum Interrogationum; *Co? Coż? Czegoż? Kogoż? Komu?* Regulæ sunt multæ, quæ ex parte Orationis quæranturs cujus Vocabulo Præponitur interrogatio, ut *Komuż życzliwy?* in Nomine: *Komuż służy?* in Verbo. *Komu biádá?* in Interjectione: *Ná przeciw komu?* in Præpositione.

Dikąd?

Dokąd?	1. *Do Krakowá, ná Rynek, do Polski, do Włoch*, Cap: 9 Num. 6. 2. *Tám, sám, na gorę*, Adverbia Cap: 10. Reg: 2. Num. 2.
Dla czego?	*Dla miłości*, vel *z miłości dla boiáźni, z łáski Bożey Krol &c.* in Ablativo sine Præpositione Cap: 6. Num: 1. & Cap: 10 Num: 2. Reg: 4. Num: 5.
Gdzie?	*W Krakowie, w Akádemii, na Zamku*, Cap: 9. Num: 3.
Iák dáleko?	1. *Do Polski, do Szkoły*, Cap: 9. Num: 6. 2. *Tu, tám, ná gorze, do gory*, Adverbia Cap: 19. Num: 1. Cap: 9. 12. & 4.
Iák dawno?	Annus est, ut veni, hora est, cum veni, unus dies est, postquam veni, quartus annus agitur ab ejus obitu &c.
Iák długo?	*Przez Rok, przez noc*, in Accusativo addita vel omissa Præpositione *per* vel Ablativo sine Præpositione Cap: 10. Num: 2. Reg: 2. & Num: 4. Reg: 1.
Iák drogo?	*Zá złoty, za grosz, &c:* in Ablativo sine præpositione Cap: 10. Num: 2. Reg: 7. & Reg: 5. 6. 7.
Iák prędko?	1. *Zá godzinę zárádę* intra annum horam, vel unâ horâ, Cap: 10. Num: 3. 2. *Za godzinę poiádę*, post unam horam.
Iák wiele?	*Pięć, siedm, ośm, &c.* Cap: 2. Num: 1.
Iáki?	1. *Pilny, uczony, biały*, Cap: 2. Num. 1. 2. *Dowcipu bystrego, urody piękney, wzrostu miernego*, in Genitivo vel Ablativo Cap: 4. Num: 3.
Iáko?	1. *Dobrym sercem uczynił, z żalem mowił, &c.* in Ablativo juxta Polonicum Cap: 10. Num: 8. 9. 2. *Dobrze, źle, pięknie, &c.* Adverbia. Cap: 19. Num: 1. 1. *Niedbálcem go názwał*, Cap: 14. Num. 3.

Kędy?

Kędy? { 1. *W Krakowie ná Kleparzu*, Cap: 9. Num: 5.
Dokąd? | 2. *Do Włoch, ná Kazimierz, &c* Cap: 9. N 6.
Kiedy? | 1. *Tego Roku, w tę gadzinę, &c.* in Ablativo, Cap: 10. Num: 1. R. 1. & Num: 4. R 1.
Kiedy? | 2. *Wczorá, iutro, &c*: Adverbia Cap: 19 N. 1.
| 3. *Zá Krolá Jágełá*. Regnante Jagellone in Ablat: sinè præpositione Cap: 10, Num: 1.

Kogo? { *Znam Krolá, zálecam Brátá, &c.*
Komu? { *Zyczliwy Oycu, służy Brátu, &c.*

Kto? vel Ktoż? { 1. *Brat czyta, ia byłem, &c*. In Nominativo, Cap. 1. Num: 1. + Sed si est *iż* vel *że* in Accusativo Cap: 16. Reg: 2.
Ktoredy? | 1. *Przez Kraków*, Cap: 9. Num: 9.
| 1. *Tędy, támtędy*, Adverbia C. 19. Num: 1.
Ktory? | *Ten wczorayszy, biały, &c.* Cap: 2. Num: 1.
Iaki? { *Vczony, uczony człowiek*. Cap. 2. Num: 1.

Po wielu? { *Po piąciu, po ośmiu, po stu, &c*: Cap: 2.
Siłá? { *Ośm, dwánaście, sto, &c*: Cap. 2. Num: 1.

W ktorą stronę? { 1. *Ku Krákowu*, Cracoviam versùs.
{ 2. *Wzad, wpráwą*.

Wiele? { *Sto, Tysiąc, &c* Cap: 10. Num: 1.
Za co? { *Za grosz, zá pieniądze*, in Ablativo sinè præpositione Cap: 10. Num: 7.

Zá wiele? { *Zá ośm, zá sto*, Cap: 2. Num: 1.
Z czego? | *Z drzewá, z kámieniá, &c*: in Ablativo additâ vel omissâ præpositione *ex* Cap: 10. Num: 2.

Z kąd? { 1. *Z Krákowá, z Turek*, Cap: 9. Num: 1.
{ 2. *Z gory, z tyłu, &c*: Cap: 9. Num: 10.

Annotatio. *Interrogationibus Declinabilium Genus, Numerus & Casus mutetur, ubi opus erit. Ipsæ autem Interrogationes, si sint indeclinabiles, suæ Partis sequuntur Regulas, Declinabiles verò per eam Regulam efferuntur, quam ostendunt.*

EXAMEN VOCUM.

Inde Puer addiscet, qua ratione & quo ordine per Accidentia Partium Orationis sit examinanda ea vox, quæ est in Compositione scribenda.

1. Thema Polonicum? 2. Quomodo Latinè? 3. Qualis vox? Cujus Partis?

Nominis

- Substantivum:
  1. Declinationis?
  2. Generis? *Regula Etymologiæ.*
  3. Genitivum? *Regula Etymologiæ.*
  4. Numeri? *Ex Polonico cognosces.*
  5. Casus? *Regulam Syntaxeos commemora.*
  6. Formes Casum? *Visa Regul: Etymologiæ.*
- Adjectivum,
  1. Comparabile? Positivus, Comparativus, Superlativus — *1. Ex Polonico cognosces. 2. Formes visâ Regulâ Etym:*
     Incomparabile
  3. Declinationis sub quavis Terminatione
  4. Generis.
  5. Numeri. *Ex Substantivo cognosces.*
  6. Casus.
  7. Formes Casum? *Visâ Regulâ Etymologiæ.*

Annotatio. *Examen Nominis convenit etiam Pronomini & Participio.*

Verbi

1. Quale?
2. Conjugationis?
3. Generis?
4. Præteritum & Supinum? *Regula Etymologiæ.*
5. Modi? *Ex Nominativo.*
6. Temporis? *Ex Nominativo.*
7. Numeri? *Ex Nominativo.*
8. Personæ? *Ex Nominativo.*
9. Formes.

Adverbii. Quid præscribit, an Casum, an modum, an Tempus, an Gradum Comparationis.

Conjunctionis, Cujus Ordinis, & quem regit Modum?

Præpositionis. Quem regit Casum?

Interjectionis, Cum quo Casu construitur?

EXEM-

EXEMPLA.

Brácia pisali, *Dzieci czytáią.*
Ludzie chodzą, *Chłopi robią.*
Ociec przyiedzie, *Málarze wymáluią, &c.*

Horum Exemplorum primum, si sit istud *Brácia pisali*, sic erit scribendum. Primò formetur Interrogatio & Responsio. ut Interrogatio *Kto*, scribitur juxta primi Capitis Regulam primam, s. istam: *Verbum Finiti Modi cum uno Nominativo aperto vel occulto, &c.* Deinde examinatur vox ista; *Bracia*, sic: *Brácia* Thema *Brát, Brat* Latinè *Frater*, est vox flexibilis. & Nominis Partis, est Nomen Substantivum, Declinationis tertiæ, Generis Masculini, per hanc Regulam *Masculini Generis est Nomen significans Virum*, Genitivum habet *Fratris*, per Regulam istam: Masculina ista, *Pater, Frater, &c.* habent in Genitivo *tris*. Numeri debet esse Pluralis, Casûs Nominativi, qui Latinè formatus, erit hic *Fratres*, juxta Regulam hanc; *Nominativus, Accusativus, & Vocativus Pluralis Tertiæ Declinationis, Nominis alterius à Neutro exit in Es*, hunc formatum scribas in charta, postea ad alteram Polonicam vocem, s. istam: *Pisali*, accedas. Hujus autem vocis quoniam nota jam est Interrogatio & Responsio: proinde istam ipsam sic examina, *Pisali*, Thema *piszę.* Latinè *Scribo, Scribo* est vox flexibilis & Verbi Partis, Verbum est Personale, Analogum, Transitivum, Adjectivum, Conjugationis Tertiæ, Generis Activi, Præteritum habet *scripsi*, Supinum *scriptum*, per Regulam istam, *Scribo, scripsi, scriptum*, cum Compositis est Activum. Modi debet esse Indicativi, quem sic formabis: *Ego scripsi, tu scripsisti, ille scripsit. Nos scripsimus, vos scripsistis, illi scripserunt, vel scripsere.* Tertia ergo Persona Pluralis ponenda in charta, erit *scripserunt*, & sic primum Exemplum s. *Brácia pisali*, Latinè efficretur, *Fratres scripserunt*, simili modô cætera exempla perficies,

TERTIUM EXERCITIUM.

In hoc exercitio, quod ex duobus prioribus coalescit, & illa præsupponit, addiscet puer longiores periodos juxta Regulas componere, & nôsse, quæ voces inter se faciant Syntaxim, & per quas Regulas sint scribendæ, v. g. hæc:

Bracia twoi tego roku pisali z Krakowá do Wárßáwy. Hanc periodum, in qua sex Regulæ Syntaxeos concurrunt, quas per Interrogationes investigabis, si componas, Primò invenias Verbum Finiti Modi, s. *Pisali* & Nominativum ejus, s. *Brácia.* Ubi autem hæc duo juxta primam Capitis primi Regulam, prout in secundo exercitio declaravimus, composueris, & Latina feceris sic, *Fratres scripserunt*, tum ad reliquas voces componendas accedes, & quamlibet per istos Terminos duces. 1. Adde. 2. Considera. 3. Interroga & Responde. 4. Distingve. 5. Regulam vide. 6. Examina.

Adde, *to iest do tego słowká, ktoreś iuż nápisał po łácinie, przydáy słowko Polskie iedno, álbo dwoie, ktore są w kompozycyi.*

Considera, *to iest, uważ, ieźli iest Polßczyzná dobra, álbo* Syntaxis *Polska, po przydaniu tego słowká.*

Interroga & Responde, *to iest: uczyń* Interrogationem & Responsionem, *á wiedz to, że* Interrogatio *ma mieć w sobie słowko to, ktoreś iuż po łácinie napisał, á* Responsio *zaś, ktoreś przydał: y to, ktoreś napisał po łácinie.*

Distingve *to iest: pokaż,* quæ vox regit, & quæ regitur, *á wiedz, że słowko nápisane* regit, *a przydáne* regitur.

Regulam vide, *to iest: znaydź sobie Regułę w Syntaxym, według ktorey to przydáne słowko trzebá będzie pisać, á do Reguły doprowadzą cię* interrogationes.

Examina, *to iest: uday się z tym słowkiem Polskim przydánym* ad Examen, *iákie maß* in secundo Exercitio. Thema Polonicum? Quomodo Latinè, Qualis vox? Cujus Partis? &c.

Istius

Istius ergo periodi *Bracia twoi tego Roku pisali z Krakowa do Warszawy*, reliquæ voces sic etiam per dictos terminos ducendæ.

1. Bracia twoi.

2. Est bona Syntaxis Polonicè. 3. Interrogatio, *Czyi Bracia?* Responsio *Twoi Bracia*. 4. *Bracia* regit, *twoi* regitur. 5. Regula: Adjectivum cum Substantivo aperto vel occulto, &c. 6. *Twoi* Thema *Twoy*, Latinè *Tuus*, est vox flexibilis, Pronominis Partis, est Adjectivum Incomparabile, trium terminationum; sub Prima Secundæ, sub Secunda Primæ, sub Tertia Secundæ Declinationis, Generis debet esse Masculini, Numeri Pluralis, Casus Nominativi, quia Substantivum ejus i. *Fratres* est etiam Generis Masculini, Numeri Pluralis, Casûs Nominativi, qui Latinè formatus, erit hic *Tui*, juxta hanc Regulam Etymologiæ, Secunda Declinatio format Pluralem Nominativum & Vocativum per i. & sic *Bracia twoi*, Latinè efferes, *Fratres tui*.

1. Pisali z Krakowa.

2. Est bona Syntaxis. 3. Interrogatio. *Z kąd pisali?* Responsio *pisali z Krakowa*. 4. *Pisali* regit, *z Krakowa* regitur. 5. Regula Cap: 9. Prima Ex loco motum, &c. 6. *z Krakowa*, Thema *Krakow*, Latinè *Cracovia*. Est vox flexibilis, Nominis Partis, & Substantivum, &c. *Pisali z Krakowá*, Latinè *Scripserunt Cracoviâ*.

1. Pisali do Warszawy.

2. Est bona Syntaxis. Interrogatio *Dokąd pisali?* Responsio, *pisali do Warszawy*. 4. *Pisali* regit, *do Warszawy* regitur, 4. Regula Cap 9. Sexta i. Ad locum motum Verba &c. 6. *Do Warszawy*, Thema *Warszawa*. Latinè *Varsavia*, est vox flexibilis, Nominis partis, & *Pisali do Warszawy*, Latinè *Scripserunt Varsaviam*.

1. Pisali Roku tego.

2. Est bona Syntaxis. 3. Interrogatio, *Kiedy pisali?* Responsio, *Pisali Roku tego*. 4. *Pisali* regit, *Roku tego* regitur. 5. Regula 2. Cap: 10. 1. Omne Verbum admittit Ablativum &c. 6. *Roku* Thema *Rok*; Latinè *Annus*, est vox flexibilis, Nominis partis, &c. *Pisali Roku tego*, Latinè *Scripserunt Annó istô*.

1. Roku

1, *Roku tego.*
2. Est bona Syntaxis. 3. Interrogatio: *Ktorego Roku!* Responsio: *Roku tego*. 4. *Roku* regit, *tego* regitur. 5. Regula 1. Cap: 2. 1. Adjectivum cum uno Substantivo, &c: *Tego* Thema *Ten*, Latinè, *Iste*, est vox flexibilis, Pronominis Partis, &c: *Roku tego*, Latinè *Anno isto*.

Admonitio. *Hoc Exercitium in charta sic describatur: Fratres scripserunt*, Verbum Finiti Modi &c: C. 1. R, 1. *Fratres tui*. Adjectivum cum uno &c: Cap: 2. Reg: 1. *Scripserunt Cracoviâ*. Ex loco motum, &c: C. 9. R. 1. *Scripserunt Varsaviam*. Ad locum motum, C. 9. R. 6. *Scripserunt Anno isto*. Omne Verbum admittit C. 10. R. 1 *Annô istô*. Adjectivum cum uno Substantivo, C. 2. R, 1.

Hoc modo quamlibet aliam Periodum multis vocibus constantem Tyro elimabit: jactis autem bene istis fundamentis, omnia sibi pervia certô certius speret esse futura.

Hæc nos dixisse de primis tribus Tyronum Exercitiis sufficiat, in quibus si Nobilissima Academica Juventus sese a teneris diligentissimè exercuerit, bona fide suam compositionem & Latinam & emendatam brevi fore pollicemur: hac enim ratione ea Præcepta, quæ in dies audit, ad usum & praxim revocare, à vocabulis temere & sine eorum prævio examine cumulandis abstinere, vocum à se positarum omnium dextrè & promptè rationem reddere, ad regulas recurrere & easdem consulere, atq; secundùm artis Præcepta in scribendo sese dirigere, ab ipsis statim primordiis feliciter incipiet, & felicissimè cùm suo maximo emolumento condiscet. Operosum quidem, & tardiùs perficiendum, sed apprimè est utile futurum ejusmodi in componendo Exercitium; Nam una Periodus, vel unum exemplum hoc modo scriptum majorem utilitatem est allaturum, quàm millenæ temere in chartam congestæ versiones. Mora & tarditas atq; difficultas frustra objicitur: nam omne principium grave, quanquam, si ordo dictionum servetur, & materia Polonica fuerit simplex, facilis & brevis, qualem omnino requirimus, nihil horum, quæ objiciuntur, vexabit Tyronem, imò & omnia in mentem semper postea redibunt, & ultro sese offerent, non aliter, quàm literæ & syllabæ legentibus, quæ cum difficultate tardè nimis efferebantur.

QUARTUM EXERCITIUM.

Hic Puer in difficilioribus modis loquendi jam sese diligenter exerceat; Phrasibus suam Compositionem exornet, linguæ Latinæ proprietatem affectet, &, relicta Verborum simplicitate, sensum tantùm ipsum lectissimis verbis exprimere conetur, circuitiones illas per Participium, Gerundium, Supinum, & Infinitivum Modum optimè nôrit, item Amphibologiam vitare. Orationem variare, vocem Activam in Passivam promptè mutare, Reciproca construere, Principium Activæ ac Passivæ vocis discernere, Polonicè exprimere, & cum Verbo *Sum* copulare addiscat, omnia deniq; Præcepta Grammaticæ ita cognoscat, ut nulla Regula detur, cujus ipse explicationem & usum ignorare videatur: Titulos quoque, seu Epitheta hominibus pro diversitate eruditionis alia, atque alia tam in abstracto, quàm in concreto tribuere sciat: ut *Beatissime Pontifex, Invictissime Imperator, Serenissime Rex, &c. Sanctitas Tua, Sacra Regia Majestas Tua, &c.*

Legens, *ten, ktory czyta,* vel *czytáiący.*

Lecturus, *ten, ktory ma czytać.* Ego sum lecturus, *ia mam czytáć:* Ego eram lecturus, *ia miałem czytáć.*

Lectus, *ten, ktorego czytáno,* vel *czytány,* Ego sum lectus, *mnie czytano,* Per hoc Participium variari debet Tertia Persona Pluralis Pueris usitata, v. g. acceperunt mihi librum, *pro* acceptus est mihi liber, *wzięto mi Ksiąžkę, &c.*

Legendus, *ten, ktorego máią czytáć,* Ego sum legendus, *mnie máią czytáć,* Ego eram legendus, *mnie miano czytać.*

Annotatio *In his vocem Activam Nominativus, Passivam verò Accusativus in lingva vernacula ostendit; hac ratione aliorum Verborum Participia sunt exponenda, & cum Verbo* Sum *conjuganda. Quando autem Futurum Infiniti Modi suppletur,* vide lib: 3. pag: 244.

Vox

Vox desinens, in (*ąc*) plerumq; effertur per Gerundium in *Do*, vel Participii Præsens, quod in Genere, Numero, & Casu concordabit cum Nominativo proximi verbi, aut per Subjunctivum, addito *cùm*, *quum*, cujus Tempus, Numerus, & Persona à proximo Verbo sumetur.

Vox desinens in (*ßy*) dupliciter effertur, Primò per circuitionem factam ex verbo & particula harum aliqua: *Postquam*, *ubi*, *ubiprimum*, *cùm*, *ùt*, *simulac*, *simulatq;* &c. Erit autem verbum Subjunctivi, aut Indicativi Modi, Temporis, Numeri & Personæ ejusdem cum verbo proximo Finiti Modi, *Nápisawßy*, id est, *skoro nápißę*, *przyidę*, Postquam scripsero, veniam, *Item* ubi veni, scripsi, ubiprimum videro, credam.

Secundò per Participii Præteritum in Casu pro diversitate Verbi, alio atque alio, scilicet: Ablativo, aut Nominativo positum.

In Ablativo, cùm venit à Verbo Passivi Generis, ùt *Raniwßy Bráta, uciekł. Vulnerato Fratre, fugit*, sic: *Auditô Sacrô, venit, scriptis literis, abiit*, &c: vide Ablativum in Syntaxi Cap: 10. Sed si vox in (*ßy*) reciprocet Nominativum Verbi proximi, tunc in Nominativo ponitur. ùt *Puer à seipso percussus*, &c.

In Nominativo, cùm venit à Verbo Generis Deponentis, vel Neutro-Passivi, ùt *Peccata confessus, obiit, Adeptus dignitatem, discessit*, &c. *Pransus, veniam ad te*, &c. Hic Nominativus, si mutetur Verbum proximum in Infinitum, debet mutari in Accusativm, ùt *Scio Fratrem peccata confessum obiisse*.

Infinitivus, Supinum, Participium, Gerundia, & Subjunctivus sæpe eundem exprimunt sensum, ùt Veni scribere literas, 2. Veni scriptum literas, 3. Veni scripturus literas, 4. Veni ad scribendum literas, 5. Veni ad scribendas literas, 6. Veni gratiâ *vel* causâ scribendi literas, 7. Veni gratiâ *vel* causâ scribendarum literarum, 8. Veni, ut scriberem literas.

ORTHOGRAPHIA LATINA.

CAPUT PRIMUM.

ORTHOGRAPHIA est Pars Grammaticæ, quæ literas, Syllabas, voces, & Notas Orthographicas docet rectè scribere, id est, *quæ docet in scribendo nihil mutare, nihil addere, nihil omittere, nihil conjungere, & nihil dividere.*

Literæ ratione Characteris sunt duplices: { *Majores*: A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L, M, N, O, P, Q, R, S, T, U, W, X, Y, Z. *Minores*: a, b, c, d, e, f, g, h, i, k, l, m, n, o, p, q, r, ſ, t, u, w, x, y, z.

Admonitio. *Harum veram ac genuinam prolationem viva voce Preceptor docebit.*

Notæ Orthographicæ sunt signa, quæ docti alia atque alia Literis, Syllabis, Vocibus, & Orationi addere solent. Sunt autem decem; *Accentus, Spiritus, Tempus, Distinctio,* seu *Positura, Apostrophus, Hyppen, Hypodiastole, Diæresis, Asteriscus, & Obeliscus.* Istæ Notæ, quatenus scribuntur, dicuntur Orthographicæ & ad Orthographiam pertinent, quatenus verò proferuntur, appellantur Notæ locutionis, & spectant ad Prosodiam.

Accentus, qui est syllabæ attollendæ aut deprimendæ signum, est triplex: *Acutus, Gravis, & Circumflexus*. Acutus attollit, *Gravis* deprimit, *Circumflexus* simul & attollit & deprimit syllabam, *cui incumbit.*

Scribuntur autem sic: { *Acutus* á. *Gravis* à. *Circumflexus* â. }

Spiritus est affectio quædam, quæ literam aut levigat, aut aspirat. Estq; duplex, *Densus, & Levis. Densus*, qui aspirat literam, sic apud Latinos pingitur per *H h* notam. *Spiritus Levis*, qui levigat literam, Latini negligunt defectu Notæ levigatam spiritu literam significant,

Tempus est spatium, seu mora illa, quâ syllaba profertur: quod est duplex: aliud *Breve*, aliud *Longum*, *Breve* docet syllabam esse corripiendam, *Longum* verò producendam pingitur sic. { *Breve* ◡
{ *Longum* —

Distinctionis seu *positura*, quæ Orationem distinguit, ne fiat obscura, sunt Notæ septem, quæ appellantur & scribuntur sic:
1. *Comma* ,
2. *Colon* :
3. *Periodus.* { *Imperfecta*, ut sic. { *Perfecta*, Nam.
4. *Media Nota* ;
5. *Nota admirationis* !
6. *Nota interrogationis* ?
7. *Parenthesis* ( )

Comma, *Latinè dicitur* incisum, *estq; Nota, qua signatur Oratio, nec sensum, nec Syntaxim habens perfectam.*

Colon *Latinè* Membrum, *additur Orationi Syntaxim perfectam, sensum imperfectum habenti.*

Periodus, *quæ Latinè dicitur* Ambitus, Circuitus, Comprehensio, Complexio, *est signum, quo distinguitur Oratio habens & Syntaxin, & sensum perfectum. Estq; duplex, perfecta & imperfecta.* Perfectam *debet sequi litera Majuscula;* Imperfectam *Minuscula.*

Media Nota, *Illam Orationem distingvit, qua sensum nunquam perfectum, Syntaxin autem modò perfectam, modò imperfectam habet.*

Nota Admirationis, *locum habet in exclamaationibus.*

Nota Interrogationis, *locum habet in interrogationibus.*

Parenthesis, *intrudit aliquid Orationi, quo exemptô, salva potest esse Oratio.*

Apostrophus, qui denotat à fine vocis repulsam esse Vocalem, apud Comicos & Tragicos est in usu maximo, & scribitur sic: *An' viden' egon'*

Hyppen

Hyppen scribitur dupliciter.
Primo ‿ tali nota utimur discretas dictiones consultò conjungendo, ut semper ‿ Virgo.
Secundò sic - - - Hac nota conjungimus Syllabas unius Vocis, vel partes Compositæ dictionis, quoties illa aut in medio Versus (quod fit errore) aut in fine (quod fit necessitate) ab invicem separatur, ut Omnipotens.

Hypodiastole notatur dupliciter:
Primò ad primas literas sic: Ista nota hoc modo formata monet, ne quis imperitè in legendo conjungat duo Vocabula, ut Conspicitur sus, ne legatur, Conspicit ursus.
Secundò sic (vel) Tali nota separamus Voces ab aliis malè conjunctas, ut Filius meus,

Diæresis. Monet non unam, sed duas syllabas esse faciendas ex istis vocabulis, quibus incumbit, scribitur qz sic: *Poëta dissolüò*.

Asteriscus. Varia habet officia, aliquando ostendit id, cui apponitur, esse dignum notatu, aliquando vocabulum mutatum, aliquando errorem, aliquando prætermissum aliquid, &c. Scribitur autem sic ✱ ✠

Observatio. *Aristarchus Versus Homeri genuinos ab adulterinis separando, duobus utebatur signis*, Asterisco & Obelisco, *Genuinis addebat*, Asteriscum, *Adulterinis* verò Obeliscum, Obeliscus *sic* scribitur, — *quasi verò minutum*.

CAPUT SECUNDUM.

Vitia contraria Orthographiæ sunt quinqu : *Mutatio*, *Omissio*, *Appositio*, *Copulatio*, *Disjunctio*. Hæc vitia qui scit vitare, ille solus novit rectè & Orthographicè scribere, *Mutatio* est vitium Orthographiæ, quando litera, vel nota Orthographica, aut non in suo loco collocatur, aut una pro alia ponitur; quod multipliciter accidit, v. g. *CarMina*, *CraCovia*, *Nusa*, *Muse*, *Capita*, *gratia*. Sic etiam possunt variari Notæ Orthographicæ, Hoc vitium vitare docent Regulæ sequentes.

Maju-

Majusculîs literîs scribenda sunt omnia.

1. Nomina Propria, à Propriis deducta, ut *Petrus, Cracovia, Polonus, Cracoviensis, &c.*
2. Nomina Dignitatum, ut *Rex, Regina, Dux, Consul.*
3. Nomina Artium, primæ & secundæ intentionis, ut *Grammatica, Dialectica, Philosophia, Appellativum, Substantivum, Genus, &c.*
4. Nomina Appellativa locô propriorum posita, ut *Poëta* pro *Virgilio, Orator,* pro *Cicerone &c.*
5. Carminum & periodorum perfectarum principia.

Æ Diphthongus scribitur.

In principio harum vocum: *Ædes, ædifico, æger, ægroto, ægritudo, ænigma, æmulus, æquus, æquor, ærugo, æstas, æstimo, ætas, æther, Æthiopia, Æthna, ævum, Ægyptus, Æolus, Æsopus, cæcus, cædo, cæspes, cætus, Cæsar, dæmon, Græcus, Hæresis, lædo, lætus, lævus, Pæan, Pædagogus, Pæstum, Præ* ubiq; exceptîs hîs: *preces, pretium, prehendo, precor, interpretor* & horum cognata. *Quæro, quæso, sævus, sphæra, &c.*

In medio: *Achæus, aulæa, Balæna, Chaldæa, Chamæleon, Chymæra, Diæta, Dodonæus, Encænia, Galilæa Gynæceum, Hebræus, Hyblæum, Hymenæus, Lycæum, Palæmon, Palæstra, Pygmæus, Trophæum, &c.*

In fine Genitivi & Dativi singularis, item Nominativi & Vocativi Pluralis Primæ Declinationis, ut *Viæ, Musæ,*

In fine istorum vocabulorum: *Æs, ærîs, præs, præ, Næ, Væ, Quæ, Hæc, hæ.*

OE Diphthongus scribitur in

Principio istorum: *Oeconomus, Oedipus, Oenopola, Oenotria, Oestrum, mœstus, Prædiũ, Cœmeterium, Cœnobium, Cœpe, cœcus, Crœsus, Phœbus, Phœbe, Phœnix, pœna, pœnitet, Fœdus.*

Medio harum dictionum: *Amœnus, Melibœus, Metanœa, Paræcia, parœmia, prooœmium, Solœcismus, Synalœphe, Tragœdia, &c.*

Ubi

Ubi sit scribendum *Ti*, vel *Ci*, cognatæ voces ostendunt.

Ti scribitur

1. In Verbalibus à Supino *Tum* venientibus, ut *Legatio*, à Supino *Legatum*, sic *cognitio*, *potio*, *recreatio*, &c.
2. In Verbis, quæ secundam personam Præsentis Indicativi per *Tis*, vel *Tiris*, vel *Teris*, formant, ut *Sentio sentiam*, *metior*, *percutior*, &c.
3. In Substantivis, quæ ad sui Adjectivi, à quo sunt, Dativum aut Genitivum in *Ti* desinentem, assumunt *A*, vel *tia*, ut *Grati*, *Gratia*, sic. *Sapientia*, *Constantia*, *Militia*, *Amicitia*, *Prudentia*, *Avaritia*, *Mæstitia*, &c.
4. In Vocibus, quarum cognata, aut Dativus, aut Vocativus singularis desinit in *Ti*, ut *Stantia*, *stantium*, *Venientia*, *venientium*, *clamantia*, *clamantium*, *Laurenti*, *Laurentius*, *Terentius*, *Vincentius*.

In his vocibus: *Otium*, *negotium*, *spatium*, *novitius*, *etiam*, *solstitium*.

Ci scribitur in Vocibus, quarum cognata Vocabula *Ci* vel *Cis* habent in fine, ut *Felicior*, *Fallacia*, *Velocior*, *Indicium*, *Gracia*. Item in istis: *Officium*, & in omnibus aliis, quæ in superiori non includuntur Regula.

Literæ cognatæ:

B. & *P*. *Bone*, *Pone*, *Bono*, *Pono*, *Scripsi*, *non Scribsi*, *Nupsi*, *non nubsi*, *obtineo*, *non optineo*, quia sic usus recepit. *D*. & *T*. *Ad*, *at*, *Id*, *et*, *Quod*, *quot*, *Quid*, *quit*, *aut*, *haud*, *Legit*, *non Legid*.

F. & *Ph*, Apud Polonos nulla vox scribi deberet per *Ph*, sed tantùm per *F*, ut *Filozof*, non *Philozoph*. Apud Latinos verò Græcæ dictiones scribuntur per *Ph*, & Latinæ per *F*, ut *Fingo*, *Felix*.

F. & *V*. ut *Fides*, *Vides*, *fel*, *Vel*.

K. & *C*. Latini ne Græcas quidem (nisi rarissimè) dictiones solent scribere per *K*, sed tantùm per *C*, ut *Calendæ*, *G*, & *I*, *Negligens*, non *neglìens*, *Gelu* non *Jelu*, *Genus*, non *jenus*. *Gero*, non *jero*, *Majestas*, non *magestas*, ex cognatis Orthographiam hominum inquire.

I. & *Y*. *Nilus* non *Nylus*, *Stylus*, non *stilus*, &c.

Hoc vitium interdum excusatur per duas figuras Orthographicas, s. per *Antithesin* & *Methatesin*, de quibus vide fol: 296.

CAPUT

CAPUT TERTIUM.

OMissio est vitium, quando vel litera, vel syllaba, vel nota Orthographica necessaria in scribendo omittitur, ùt *pelo*, pro *pello*, *abeo*, pro *habeo*, *&c.* Hoc vitium vitabis facilè, observando ea, quæ sequuntur.

Literæ istæ: *D,F,P,T*, per Epenthesin apud Pòëtas geminantur, ùt *Redducit*, *refficit*, *Juppiter*, *quattuor*, *&c.*

NB. *Abbas*, *abbreviatio*, *gibber*, *gibbus*.

CC. 1. Composita: *Accipio*, *accedo*, *accingo*, *accurro*, *succido*, *&c.*

2. *Bacca*, *Bacchanalia*, *braccha*, *ecce*, *Ecclesia*, *occasio*, *saccarum*, *saccus*, *siccus*, *succinum*, *occupo*, *occo*, *&c.*

DD. Composita: *Addo*, *addico*, *addoceo*, *addisco*. *adduco*, *&c*, *FF*: *Affatim*, *affabre*, *affinis*, *affabile*, *affabilis*, Composita: *Afficio*, *affero*.

GG. *Agger*, *aggero*, *aggravo*, *agglutino*, *aggrego*, *aggredior*, *&c.* *II*, *Abjicio*, *adjicio*, *conjicio*, *ejicio*, *objicio*, *projicio*, *rejicio*, *&c.*

1. Diminutiva, *in Ellus*, *ella*, *ellum*, ùt *Libellus*, *misellus*, *ocellus*, *asellus*, *sabella*, *famella*, *castellum*, item *Bacillus*.

LL. 2. Composita, ùt *Alloquor*, *allabor*, *allego*, *allicio*, *allido*, *alludo*, *alloquor*, *intelligo*.

Vellem, *velles*, *vellet*, *Nollem*, *nolles*, *nollet*, *Mallem*, *malles*.

4. *Ille*, *illa*, *illud*, *Bellum*, *bellua*, *bulla*, *callis*, *callidus*, *collum*, *calleo*, *Pallas*, *Achilles*, *Psallo*, *&c.*

MM. Composita: *Immineo*, *immuto*, *immodicus*. *immobilis*, *immunis*, *immundus*, *immolo*, *immoror*. *immo*.

NN. Composita, *Annuo*, *annoto*, *annumero*, *&c.* item, *Annus*, *annulus*, *annona*.

PP. Composita, *Appareo*, *apparo*, *appello*, *appeto*, *&c.*

RR. 1. Superlativus Positivi in *Er*, ùt *Acerrimus*, *nigerrimus*, *pulcherrimus*, *&c.*

2. Composita, *Irrationalis*, *irruo*, *arripio*, *&c.*

3. *Corruo*, *narro*, *ferrem*, *ferre*, *adferrem*.

SS. 1. Superlativus, *ssimus*, ùt *doctissimus*, *dulcissimus*.

2. Tempora Verborum, ùt *Essem*, *fuissem*, *dedissem*.

3. Composita, *Assumo*, *assero*, *assequor*, item *cesso*, *asso*, *&c.*

TT,

TT, Composita: *Attingo, attesto*, Item: *Attagen, atta*, *&c.* *Composita fere omnia geminant Consonantem, quâ simplex incipit, pracipuè illa, quæ ex Prepositione corrupta, aut in similem consonantem desinente componuntur.*

1. H. Apud Latinos post tres tantùm Consonantes scribitur istas: *C, P, T.* ùt *Ch, Ph, Th.*

2. H. In principio vocis vocali aut Diphtongo præponitur, ùt *Haha, habeo, hasta, haurio, hares, hamus, hariolus, hebes, heri, Heros, herba, hircus, hio, hilaris, homo, Hostia, horridus, honestus, hortus, humilis, humus, hyems.*

3. H. In medio vocis puræ Latinæ raro ponitur, & nonnisi inter duas vocales, ùt *Ahenum, mihi, traho, Vehemens, prehendo, cohors.*

4. In fine nulla vox admittit præter has, *Ah, Vah, proh, oh.*

5. H. Inter literas *C*, & *R*, unam syllabam componentes, Latinis vocibus non *semper* scribendum, ùt *fulcra, simulacrum, sed pulcher, pulchra.*

6. H. ponitur in istis quæ per ζ ς υ χ μ exarantur, ùt *Thyrsus, Rhetor, Hymnus, Philosophus, Chaos.*

Huic vitio patrocinatur *Apostrophus*, & tres Orthographiæ Figuræ scilicet: *Aphæresis, Syncope, & Apocope*, de quibus vide Lib: 4. fol: 296.

CAPUT QUARTUM.

1. *Appositio est*, quando in scribendo aut litera, aut Syllaba, aut Nota Orthographica minimè necessaria additur: ùt *Ammo, pro amo, ehabeo*, pro *habeo.*

2. Hoc vitium aliquando excusatur à Poëtis per
   1. *Prothesin*, ùt *Gnatus, rettulissem, &c.*
   2. *Epenthesin*, ùt *Relligio, Juppiter, reppeto.*
   3. *Paragogen*, ùt *dicier, dominarier.*

Regula, Nihil est in scribendo apponendum, nisi id, quo prætermisso, posset superius vitium omissionis incurri.

De Disjunctione.

Disjunctio est vitium Orthographiæ, quandò aut literæ unam syllabam componentes: aut syllabæ unius vocis à se temere divisæ separatim scribuntur: ùt *Magnificus, Omnipotens.*

Regula, Literæ ad unam ſyllabam pertinentes nunquam ſunt dividendæ, neq; in duobus verſibus ſcribendæ: ſed ſyllabæ unius vocis tam ſimplicis, quàm compoſitæ poſſunt disjungi ab invicem, quando in uno verſu tota dictio ſcribi non poteſt, additâ Nota Orthographicâ *Hyppen*, porrò, quæ literæ unam componant ſyllabam, ex ſequentibus addiſces.

1. Geminatarum Conſonantium prior præcedenti, poſterior ſequenti addatur vocali, ùt *Tur ris, gut tæ*.
2. Conſonans una duabus Vocalibus in dictione ſimplici interpoſita, cum poſteriore Vocali conjungitur. ùt *E go i bi e ram pri mus*. Sed hic Compoſita, ùt *In eo, Ad impleo, &c.* locum non habent.
3. Conſonantes, quæ initiò cujuſcunq; vocabuli poſſunt conjungi, etiam in medio alterius vocis ſunt conjungendæ, *Exceptis Compoſitis*, quod ſequens Tabula oſtendit.

BD	*Bdelium,*	*A-bdomen,*	*Ab dico,*
BR	*Brutum,*	*So-brius,*	*Ab-ripio.*
CT	*Cteſiphon,*	*A-ctio,*	
DR	*Draco,*	*A draſtus,*	
GN	*Gnatus,*	*A-gnoſco,*	
MN	*Mnaſtius,*	*O-mnis,*	
PT	*Ptolomæus,*	*A pto,*	
PS	*Pſallo,*	*Nu pſi,*	
SC	*Scamnum.*	*A ſcia,*	
SM	*Smaragdus,*	*Co-ſmicus,*	
SP	*Spiro,*	*A-ſper,*	
ST	*Stephanus,*	*Ve-ſter,*	
TR	*Triptolemus,*	*A-tlas,*	

DE COPULATIONE.

Copulatio, eſt vitium Orthographiæ, quando voces non compoſitæ ſimul conjunguntur ſic, ut videantur unum eſſe vocabulum, ùt *Tucupis eſſe* pro *Tu cupis eſſe*. Hoc idem literis poteſt convenire.

Regula, Voces ſimplices, omnes ſeparatim ſunt ſcribendæ ùt *Tu cupis eſſe Rex*, ſic etiam literæ diverſas ſyllabas conſtituentes maximè in fine verſus ùt *Magnificus*.

Ex libris bene impreſſis rectam addiſces Orthographiam.

ORTHO.

ORTHOGRAPHIA POLONICA.

Te litery A/ E/ Z/ troiáko śie piszą, iáko tu widźiß, a/ á/ ą/ e/ é/ ę/ z/ ź/ ż/ ùt Praca, Mátká, błądzą beśpiecznie, trzeźwie, będę, zbaw, żyi, lez.

Scopæ, *miotłá.*
Scorpio, *niedzwiádek.*
Screo, *charkam.*
Scribo, *pißę.* Scorbs, *doł.*
Scrutor, *ßperam, macam.*
Sculpo, *strugam, ryię.*

SE.

Seco, *siekę, rzeżę, rąbię.*
Sector, *idę za kim.*
Secum, *z sobą.*
Secundus, *wtory, drugi.*
Securis, *siekiera.*
Sed, *ale.*
Sexdecim. *ßesnaście.*
Sedeo, *siedzę.*
Seges, *zboże, powod.*
Semen, *nasienie, plemię, rod.*
Semis, *poł, druga, częśc.*
Senectus, *stárość.*
Senex, *stáry, stárußek.*
Sentio, *czuię, rozumiem.*
Sepelio, *chowam zmarłego zatracam.*
Sepio, *grodzę, obwadzam.*
Seps, *pádálec, iáßczurka.*
Septem, *siedm.*
Septimus, *siodmy.*
September, *Wrzesień.*
Septuaginta, *siedmdziesiąt.*
Sequor, *idę zá kim, náśladu(ię.*
Sermo, *mowá.*
Sero, *sieię, sádzę.*
Serpens, *wąż, gadziná.*
Serpo, *czołgam się, ßerzę się.*
Seu, *abo.* Sex, *ßeść.*
Sexaginta, *ßeśćdziesiąt.*
Sextus, *ßosty.*

SI.

Si, *ieżeli, choćby, sic, ták.*
Sido, *sadowię, pogrążam się.*
Sidus, *gwiazdá.*
Sileo, *milczę.*
Silex, *krzemień.*
Similis, *podobny.*
Simplex, *prosty, poiedynkowy.*
Simulac, *skoro,* simul, *wraz.*
Sinapi, *gorczycá*
Sinciput, *głowy część pierwßa*
Sindon, *prześcierádło.*
Sinè, *bez.*
Sinister, *lewy, nießczęśliwy.*
Sino, *daię pokoy.*
Siquidem, *poniewaź.*
Sisto, *stawiam, wystawiam.*
Sitio *prágnę,* sitis, *prágnienie*
Sive, *abo bądź.*

SO.

Socer, *świekr*
Socors, *gnuśny, leniwy.*
Socrus, *świekra.* Sol, *Słońce*
Soleo, *mam ten zwyczay.*
Solor, *cießę.*
Solvo, *płácę, wyzwalam.*
Solus. *sam ieden.*
Sono, *brzmię, pukam.*
Sons, *winny*
Sorbeo, *sarkam.*
Soror, *Siostrá.*
Sors, *los, stan.*
Sortior, *obieram losem.*
Sospes, *zdrowy.*

SP. Spadix, *cisawy.*

Spado,

Spado, *wałach.*
Spargo, *skrapiam, pryskam.*
Spatior, *przeieżdżam się.*
Species, *postać, pięknośc.*
Speculor, *przypatruię się.*
Specus, *iaskinia.* (*uważam.*
Sperno, *gardzę, pogardzam.*
Spinter, *armilla genus, quo mulieres utebantur.*
Splen, *śledziona.*
Spolio, *łupię, ogołacam.*
Spondeo, *ślubuię, ręczę.*
Sponsalia, *zrękowiny.*
Sponte, *dobrowolnie chcąc.*
Spuo, *pluię.*

ST.

Stannum, *Cyná.*
Statuo, *stánowię.*
Status, ta, um, *opisany.*
Status, us, *Stan.*
Stellio, *krzeczek.*
Stercus, *gnoy.*
Sterno, *ścielę, obálam.*
Stipes, *słup, pniak.*
Stips, *iałmużna.*
Stipulor, *umawiam się.*
Stirps, *latorośl, krew, Rod, Pokolenie.*
Sto, *stoię, polegam.*
Stomachor, *gniewam się.*
Strideo, *skrzypię, trzeszczę.*
Strigil, *zgrzebło.*
Stringo, *ściskam, zwięzuię.*
Strinx, *straszydło.*
Struo, *buduię.*
Studeo, *uczę się.*
Studiosus, *chciwy, życzliwy*
Stylus, *ćwiczenie w pisaniu.*

SV.

Svadeo, *rádzę, namawiam.*
Svavior, aris, *całuię.*
Svavis, *łagodny, smaczny.*
Sub, *ná, pod koło.*
Subdo, *poddáię, podrzucam.*
Subduco, *umykam.*
Subeo, *podchodzę.*
Suber, eris, *korek, drzewo.*
Subjaceo, *leżę, podlegam.*
Subigo, *podbijam pod moc.*
Subjicio, *poddaię, podkładam.*
Subito, *nagle, záraz.*
Subjugo, *podbijam, pod moc.*
Subjungo, *przydáię.*
Sublimis, *wysoki, wspaniały.*
Submergo, *topię, zatápiam.*
Subministro, *dodaię.* (*dzam.*
Submoveo, *odpycham, odsá-*
Subolet, *dorozumiewam się, zálatá mnie co.*
Subscribo, *podpisuię.*
Subscus, *spąga.*
Subsellia, orum, *łáwki.*
Subsequor, *idę zá kim.*
Subsideo, *zesiadám się.*
Subsido, is, *ustaię.*
Subsidior, *posiłkuię.*
Subsilio, *podskakuię.* (*wiam.*
Substituo, *ná to mieysce stá-*
Subter, *podspod, pod czym.*
Subterfugio, *chronię się.*
Subtraho, *uymuię.*
Subvenio, *rátuię, pomagam.*
Subvertor, *obáwiam się trochę*
Suburbium, *Przedmieście.*
Succedo, *nástępuię.* (*dzam.*
Succendo, *zápalam, podbu-*

Succenseo, *gniewam się.*
Succumbo, *podlegam.*
Succurro, *ratuię, podbiegam.*
Sudes, is, *kol, tycz.*
Sudo, *pocę się, pracuię.*
Sveo, *zwyklem co czynić.*
Sufficio, *dodaię, wydolam.*
Suffragium, *pomaganie za kim.*
Suffragor, *pomagam za kim.*
Suggero, *przypominam dodaię.*
Suggrundia, orum *obdach.*
Sugillatio, *przygana.*
Sugillo, *uwlaczam, szczypię.*
Sugo, *ssę,* sui, *się.*
Sulcus *brozdá,* sulfur, *siárka.*
Sum, *iestem.*
Summitto, *znižam, nachylam.*
Summopere, *bárdzo.*
Summus, *naywyžšy.*
Sumo, *biorę, przytaczam.*
Suo, is, *szyię.*
Supellectilis, *sprzęt domowy.*
Super, *ná nad.*
Superaddo, *przydaię.*
Superbia, *pychá.*
Superbus, *pyšny.*
Superficies, *powierzchowność.*
Superior, *Wyžšy, stáršy.*
Supero, *przewyžšam.*
Supersedeo, *przestaię, zá niedbywam.*
Superstes, *žywy, pozostały.*
Supersum, *pozostaię.*
Supervacuus, *zbytni, prožny.*
Supervenio, *nádchodzę.*
Supinus, *wznák ležący.*
Suppedito, *dodaię, nakladam.*
Suppetiæ, *posilek, pomoc.*
Supplco, *na to mieysce stawiá.*
Supplex, *pokorny, upadaiący.*
Supplico, *proszę, upadam do (nog.*
Suppono, *podkladam.*
Supprimo, *tlumię.*
Supra, *ná, nad.*
Supremus, *Naywyžšy.*
Surgo, *wstáię, wstawiam się.*
Surripio, *kradnę, porywam.*
Sus, *świniá.*
Suscipio, *przyimuię.*
Suscito, *pobudzam, poruszam.*
Suspendo, *zawieszam, obwieszam.*
Suspicio, *podeyzrzenie.*
Suspicor, *mam podeyzrzenie.*
Sustineo, *zátrzymywam.*
Sustollo, *unoszę, podnoszę.*
Sutor, *szewc.* suus, *swoy.*
Sycophanta, æ, *frant szalbierz.*
Syllabizo, as. *ślabizuię.*
Sympathia; *iednakież przyrodzenie.*
Synodus, *ziazd.* (rodzenie.
Syrmatis, *rucho, szata dluga.*

TA.

Taberna, *kárczmá, budá.*
Taceo, *milczę.*
Tædet, Tædescit, *tęsknię.*
Talaria, orum, *obow, choboty.*
Talio, *oddánie, wet. záwet.*
Talis, *táki.* Talpa, *kret.*
Tam, *tak bárdzo.*
Tamen, *wšakže, iednak.*
Tamen, etsi, tametsi, *ácz.*
Tandem, *wzdy, kiedy.*
Tango, *dotykam, trafiám.*
Tanti, *zá tyle,* tantò, *tym.*
Tantopere, *ták bárdzo.*
Tantùm, *tylko, tylo.*
Tantus, *tylki, ták wielki.*

Tantundem, *tyleż.*
Tapes, etis, *kobierzec.*
Tarde, *nierychło, pożno.*
Tardus, *pożny, nierychły.*
Tartara, orum, *piekło.*
Taxo, *ſzacuię, obmawiam.*

TE.

Tecum, *z tobą.*
Teges, etis, *rogoża.*
Tegmen, *zasłona, nakrycie.*
Tego, *zakrywam, taię.*
Tellus, *ziemia.*
Temo, *dyszel.*
Tempe, *wesołe poyźrzenie.*
Tempus, *czas.*
Tenax, *ſkąpy, ściſły.*
Tendo, *poſtępuię, ciągnę.*
Tenebræ, *ciemności.*
Teneo, *trzymam.*
Tener, *młody.*
Tenuis, *cienki.*
Tenus, *tylko, poty, do.*
Ter, *trzykroć.*
Teres, etis, *gładki.*
Tergo, *ucieram, chędożę.*
Tergus, *ſkora zdarta.*
Termes, etis, *gałąź.*
Termino. *kończę.*
Ternio, *drya.*
Tero, *trę, trawię.*
Tertius, *trzeci.*
Teruntius, *pieniądz.*
Teſqua, *knieia, zarośl.*
Teſtis, *świadek.*
Teſtor, aris, *świadczę.*
Teuto, *Niemiec.*
Texo, *tkę, wiię, plotę.*
Thema, *materya, początek.*
Theocles, *Bogusław.*
Theodorus, *Bogdan.*
Theophilus, *Bogumił.*
Theorema, *rozważanie.*
Theſaurus, *ſkarb.*
Thorax, *kaftan, pierſi.*
Thus, ris, *kadzidło.*
Tibicen, *ſurmacz.*
Timeo, *boię ſię.* timor, *boiaźń*
Tingo, *farbuię, napuſzczam.*
Tyro, *młodzik, nowotny.*
świeżo na naukę dany.
Tyrocinium, *początek ćwicze-*
Titio, *głownia bez ognia.* (*nie*
Tolle, *podnoſzę, zagubiam*
Tondeo, *ſtrzygę, gryzę.*
Tonitru, & us, *grom, grzmot*
Tono, *gromię, brzmię.*
Torcular, *praſa.*
Torqueo, *kręcę, naginam.*
Torques, & is, *łańcuch złoty.*
Torqueo, *piekę, ſmażę, wędzę*
Torris, *głownia, z ogniem.*
Tot, *tyle, tak wiele.*
Totidem, *tyleż.*
Toties, *tylekroć.*
Totus, *cały wſzyſtek.*

TR.

Trabs. *tram, balka.*
Trado, *podaię, wydaię.*
Tradux, *latorośl.*
Tragædia, *burda.*
Traho, *ciągnę, wlokę.*
Trames, *ścieſzka.*
Trans, *z onę ſtronę.*
Trecenti, æ, a, *trzyſta.*
Tredecim, *trzynaście.*
Tremo, *drżę, boię ſię.*
Trias, *Troyca, Treyka.*

Tribu-

Tribunal, *Sąd, Trybunał.*
Tribuo, *udzielam.*
Tribus, *Pokolenie.*
Tricæ, *trudność, mátánina.*
Tridens, *o trzech zębach.*
Triduum, *trzy dni.*
Trifaux, *o trzech páßczękach.*
Trifur, *arcyzłodziey.*
Triginta, *trzydzieści.*
Trilix, *we trzy nici cwelich.*
Tripes & us, *o trzech nogach.*
Triplex *troiaki.*
Trudo, *pcham, trącam.*
Trux, *srogi. okrutny.*

TV.

Tu, *Ty.*
Tuber, *grzyb, guz.*
Tubicen *Trębácz.*
Tueor, *bronię, opátruię.*
Tum, *w ten czás.*
Tundo, *tłukę, uderzám.*
Turba, *tłum, kupá.*
Turbo, *wicher, trąglica, cyga.*
Turpis, *ßpetny, ßprosny.*
Turris, *Wieżá.*
Turtur, ris. *Synogarlicá.*
Tussis, *kaßel.*
Tutus, *bespieczny.*
Tuus, *twoy.*
Tyrannis, *tyráństwo.*
Tyras, x. *Dniestr.*

VA. U

Vacat, *wolny, czás, prożno.*
Vaco, *prożnuię, báwię się.*
Vacuus, *prożny. czczy. (czym-*
Vador, aris, *biorę rękomię.*
Vagor. *przechodzę się, bul- taię się.*
Vagus, *bulłay. tłukaiący się.*
Valachia, *Włoska ziemia.*
Valedico, *żegnam się, opo-*
Valeo. *zdrowem. (ßczám.*
Valetudo, *zdrowie.*
Vallum, *wał,* valor, *cená.*
Valvæ, *drzwi.*
Vanitas, *prożność, nießtatek.*
Vanus, *opałká.*
Vapulo, *biią mnie.*
Varius, *rozmaity, pstry.*
Varix, *żyła ociekła.*
Vas, vadis, *rękomia.*
Vas, vasis, *ßtátek.*
Vasto, *pustoßę.*
Vastus, *ßpustoßały.*
Vates, *Prorok.*
Vaticinor, *prorokuię.*
Uber, *żyzny.*
Uberas, *żyzność.*
Ubi, *gdzie, skoro, gdy.*
Udo, *kápcie,* udus, *mokry.*

VE.

Vel, *i, albo.*
Vecors, *głupi, ßalony.*
Vectigal, *dochod, cło.*
Vectis, *drąg, powrek.*
Vector, aris, *wożę.*
Vector, *furman.*
Vectura, *furá, wiezba.*
Vegetus, *obrotny, czerstwy.*
Vehemens, *popędliwy, ostry.*
Vehementer, *bardzo.*
Veho, *wiozę,* vel, *abo, álbo.*
Veles, itis, *Kozak.*
Velito, *uganiam się.*
Vellico, as, *ßczypię, obma-*
Vello, *rwę, skubię. (wiam.*
Vellus, *runo, wełna.*

Velo as, *zasłaniam, zakrywam*, Velox, *prędki*, velum, *zasłona*
Vendo, *przedaię*.
Veneficus, *czarownik*.
Venefica, *czarownica*, (*ßczá*.
Veneno, as, *truciznq napu*-
Venenum, *trucizna, iad*.
Veneo, *przedaię mnie*.
Venerabilis, *uczciwy*.
Veneror, *czczę, chwalę*
Venio, *przychodzę, przyież*-
Venor, *łowię, chwytam*, (*dżā*.
Venter, *brzuch, żywot*.
Ventus, *wiatr*.
Vendo, *przedáię*.
Venus, *cielesność*.
Ver, *wiosna*.
Vereor, *obawiam się*.
Vergo, *nachylam się*.
Veritas, *prawda*.
Vermis, *robak*.
Vernaculus, *swoyski, domowy*.
Vero, *zaś*, *a*.
Verro, *umiátam*.
Vertex, *wierzch*.
Verto, *obracam, odmieniam*.
Veru, *rożen*, vervex, *skop*.
Verùm, *ale, lecz*.
Verum, enimvero, *ále iednak*.
Verumtamen, *iednák*.
Verus, *prawdziwy*.
Vescor, *pożywam, iem*.
Vesper, *wieczor, wieczorny*.
Vesperæ, *Nießpor*.
Vespertilio, *niedoparz*.
Vespillo, *grobarz*.
Vester, *waß*.
Vestigium, *śląd, stopá*.
Vestio, *odziewam, obłoczę*.
Vestis, *odzienie, ßátá*.
Vestras, *Waßymec*.
Veto, *zakazuię, zabraniam*.
Vetus, *dawny, stáry*.
Vexamen, *nagabaniec*.
Vexillum, *Chorągiew, znak*.
Vexo, *nagabam, drażnię*.

VI.

Via, *drogá*.
Vibex, *agga, uderzenie*.
Vices, *koley, przemiany*.
Vicinus, *sąsiad bliski*.
Vicissitudo, *odmiana*.
Victoria, *zwycięstwo*.
Victus, *zwyciężony*.
Video, *widzę, rozumiem*.
Videor, *zdam się*.
Viduo, *odeymuię, ogołacam*.
Vieo, *plotę, mowię*.
Vigeo, *słynę, mocnieię*.
Vigil, *stroż, & czuyny*.
Viginti, *dwádzieściá*.
Vili, *tánio*.
Vincio, *wiążę, pobiiam*,
Vinco, *zwyciężam, potępiam*
Vinculum, *zwiąsek, węzeł*.
Vindex, *mściciel, pomścicel*
Vindico, as. *mßczę się*.
Vindicta, *karanie, pomstá*.
Violentia, *gwałt, pąd*.
Violo, *gwałcę, łamię, przestępuię*.
Vir, *Mąż*, Virgo, *Pánná*.
Virtus, *cnotá*.
Virus, *iad*, vis, *moc, gwałt*.
Viscus, *wnętrze*.
Visito, *náwiedzam*.
Viso, *doglądam, nawiedzam*.

Vistula, *Wslá.*
Vita, *żywot.*
Vitium, *wádá, występek.*
Vito, *strzegę się, uchodzę*
Vitulina, *cielęciná.*
Vitupero, *ganię.*
Vivarium, *zwierzyniec.*
Vividus, *czerstwy, żywy.*
Vivo, *żyię* vivus, *żywy.*
Ulciscor, *mśćzę się.*
Ullus, *żaden,* Ulna, *łokieć.*
Ultio, *pomstá.*
Ultra, *nád, dáley.*
Ululo, *wyię nárzekam.*
Umbo, *puklerz, wydatność.*
Umbra, *cień, obłudá.*
Umbratilis, *niesławnypokątny*
Unanimis, & us, *zgodny, iednostayny.*
Unde, *zkąd.*
Undeviginti, *dziewiętnaście.*
Undiqué, *zewsząd.*
Unedo, arbor, *Niesplik.*
Ungo, *namazuię.*
Ungvis, *páznogieć.*
Unio, *Perła, ziednoczenie.*
Unus, *ieden sam.*
Unusquisqué, *káżdy.*
Vocalis, *brzmięcy.*
Vocabulum, *słowko.*
Vocifero, & or, *wrzeszczę. wołam.*
Voco, *názywam, wołam.*
Volo, as. *latam, lecę.*
Volo, *chcę, życzę, prágnę.*
Volucer, & cris, *prędki, lotny.*
Volvo, *taczam, myślę.*
Volvox, *gąsienicá.*
Vomer, *radło, lemiesz.*
Vomo, *wymiot mam.*
Vorago, *przepáść, topiel.*
Voro, *żrę*
Vortex, *wirt.*
Voveo, *ślubuię, obiecuię.*
Vox, *głos, słowo.*
Urbanus, *obyczayny.*
Urbs, *Miasto.*
Urgeo, *dokuczam, nástępuię.*
Uro, *palę, trápię.*
Ursus, *niedźwiedź.*
Ursa, *niedzwiedzica.*
Usqué, *áż poty.*
Usuvenit, *trafia się, bywa często.*
Ut, *áby, żeby, iáko, skoro.*
Uter, *żywot, kubek, ieden, ze dwu.*
Uterqué, *obá.*
Utinam, *day Boże.*
Utor, *używam.*
Utrinqué, *z obu strono.*
Vulgus, *pospolstwo.*
Vulnero, *ranię.*
Vulnus, *rana, szczerbiná.*
Vulpes, *lis chytry.*
Vultur, *sęp.*
Vultus, *twarz.*
Uxor, *Zona.*
Xenium, *podárek.*
Zelus, *żarliwość.*
Zizania, æ, um, *kąkol.*
Zona, *trzos.*

Finis Libri Primi.



Hic Liber est
M. D. Sysson
boni hominis

GRAMMATICARUM INSTITUTIONUM LIBER II.

DE Etymologia, seu potiùs Analogia.

IN quo Libro Definitiones, Divisiones, & Accidentia Partium Orationis ponuntur & enumerantur. Genera Nominum una cum Declinationibus in iisdem Regulis traduntur: Pronomina facili modô & captui Tyronum accommodatô ad quinque Declinationes Nominum revocantur, Verborum deinde non modò Præterita & Supina; verùm etiam Genera, tam simplicium, quàm Compositorum, præter aliorum Grammaticorum consvetudinem, idq; intra earundem Regularum complexum, breviter & clarè Tyronibus proponuntur.

LIBER II.

DE ETYMOLOGIA.

QUid est GRAMMATICA? *Est ars, quæ docet bene loqui, bene scribere, & bene pronuntiare.*

Quot sunt Partes Grammaticæ? *Quatuor: Orthographia, Etymologia, Syntaxis & Prosodia.*

Quid est
1. Orthographia? *Est pars Grammaticæ, quæ docet bene scribere.*
2. Etymologia? *Est pars Grammaticæ, quæ docet voces formare, seu inflectere & earum Accidentia cognoscere.*
3. Syntaxis? *Est pars Grammaticæ, quæ docet duas vel plures voces inter se rectè conjungere.*
4. Prosodia? *Est pars Grammaticæ, in qua Syllabarum Quantitas, pedes metrici, Carminum Genera & Accidentia traduntur.*

CAPUT I.

DE LITERIS.

Quot sunt
1. Literæ? *Viginti tres,* A b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z.
2. Vocales? *Sex,* A e i o u y.
3. Consonantes? *Sexdecem, scilicet omnes Literæ præter vocales, & literam* h.

I, & V, *sunt Consonãtes in istis Syllabis,* Ja, je, ji, jo, ju, Va, ve vi, vo, vu, *ùt* Jane, Valẽtine, veni, vide, volat, vulturũ

Quid fit ex
1. Vocalibus? *Diphthongi, quatuor præcipuè,* æ, œ, au, eu, *ùt* æs, pœna, aurum, euge.
2. Literis? *Syllabæ, ùt* Ma, ri, a, Vir, go.
3. Syllabis? *Voces, ùt* Maria, Virgo.
4. Vocibus? *Oratio, ùt* Maria, est Virgo & Mater Dei.

Partes

Partes Orationis

1. Quot sunt? *Octo:* Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Adverbium, Conjunctio, Præpositio, Interjectio.
2. Quotuplices sunt? *Duplices:* Declinabiles, & Indeclinabiles.
3. Declinabiles quot sunt? *Quatuor:* Nomen, Pronomen, Verbum, Participium. (Cur dicuntur declinabiles? *Quia in fine suas terminationes variare possunt.*)
4. Indeclinabiles quot sunt? *Quatuor?* Adverbium, Conjunctio, Præpositio, Interjectio. (Cur dicuntur Indeclinabiles? *Quia in fine suas terminationes variare non possunt.*)

CAPUT II.

De Divisione & Accidentibus Nominum.

Quid est Nomen? *Est vox per Casus declinabilis, rem sinè tempore significans,* ùt DEUS, Angelus, homo.

Quotuplex est Nomen

1. *Duplex.* Substantivum, & Adjectivum.
2. Substantivum? *Duplex:* Proprium & Appellativum.
3. Adjectivum? *Duplex:* Comparabile & Incomparabile.
4. Adjectivum Comparabile, & Incomparabile? *Triplex: Unius terminationis, duarum terminationum, trium terminationum.*

Quid est Nomen Substantivum? *Quod tres articulos istos,* hic, hæc, hoc, *simul habere non potest,* ùt Fenestra, Fornax, &c.

Quid est Nomen Adjectivum? *Quod tres articulos istos* hic, hæc, hoc, *simul habere potest,* ùt Bonus, Albus.

1. Pro-

1. Proprium Nomen quid est? *Quod uni rei tantùm propriè convenit*, ùt Paulus, Cracovia, Russia, &c.
2. Appellativum Nomen quid est? *Quod multis convenire potest*, ùt Homo, Urbs, Regio, &c.
3. Comparabile Nomen quid est? *Cujus significatio augeri vel minui potest*, ùt Magnus, major, maximus.
4. Incomparabile Nomen quid est? *Cujus significatio nec augeri nec minui potest*, ùt Aureus, Regius, Cælestis.
5. Unius terminationis quid est? *Quod unam habet terminationem*, ùt hic, hæc, hoc, audax, felix.
6. Duarum terminationum quid est? *Quod duas habet terminationes*, ùt Fortis, forte.
7. Trium terminationum quid est? *Quod tres habet terminationes*, ùt Bonus, bona, bonum.

Quot sunt Nominum.

1. Accidentia *Sex:* Figura, Species, Genus, Declinatio, Numerus, Casus, Comparatio, his additur, (*sed hæc soli Adjectivo Comparabili convenit.*)
2. Figuræ? *Tres:* Simplex, ùt *Parabilis*, Composita, ùt *Comparabiis*, Decomposita, ùt *Incomparabilis.*
3. Species? *Duæ* Primitiva ùt *Aurum*, *Rex*, Derivativa, ùt *Aureus*, *Regius.*
4. Genera? *Sex:* Masculinum, Fæmininum, Neutrum, Omne, Commune, Dubium, Epicænũ *sub* Masculino *vel* Fæminino *continetur.*
5. Declinationes? *Quinque:* Prima, Secunda, Tertia, Quarta, Quinta.
6. Numeri? *Duo:* Singularis, ùt *Vir*, *Puer*, Pluralis, ùt *Viri*, *Pueri.*
7. Casus? *Sex.* Nominativus, Genitivus, Dativus, Accusativus, Vocativus, & Ablativus.

Quod

Quod Nomen est Generis.	Masculini?	*Cui præponitur in Nominativo Singulari.*	hic, ùt hic *Vir.*
	Fæminini?		hæc, ùt hæc *Mulier.*
	Neutrius?		hoc, ùt hoc *Animal.*
	Omnis?		hic, hæc, hoc, *Audax*
	Communis?		hic, & hæc, *Fortis.*
	Dubii?		hic, *vel* hæc *Dies.*

CAPUT III.

DE COMPARATIONE.

1. Quæ Nomina comparantur? *Sola Adjectiva, quorum significatio augeri vel minui potest,* ùt Magnus, major, maximus, Parvus, minor, minimus.
2. Quot sunt Gradus Comparationis? *Tres: Positivus, Comparativus, Superlativus.*
3. Comparativus quot habet terminationes? *Duas:* Or, *&* Us, *sub prima est Generis Communis, sub secunda Neutrius, & sub utraq; est tertiæ Declinationis,* ùt hic & hæc gravior, & hoc gravius.
4. Superlativus quot habet terminationes? *Unã Generalem* Mus, *& tres speciales præcipuas* Simus, ùt *Doctissimus,* Rimus, ùt *Nigerrimus,* Limus, ùt *Humillimus.*
5. Quotuplex est Comparatio? *Duplex: Regularis, & Irregularis.*

DE COMPARATIONE REGULARI.

Quid est Comparatio Regularis? *Quando & Comparativus & Superlativus, vel saltim unus eorum à Positivo formatur*

Unde formatur Comparativus? *À Genitivo vel Dativo Positivi desinente in* I, *addita syllaba* Or, *&* Us, *ùt ab* Amicus, amici, *fit* amicior, amicius, à Felix, felicis, felici *fit* felicior, felicius.

Hæc

Hæc Adjectiva, *Benevolus, malevolus, benedicus, maledicus, beneficus, Magnificus, munificus, breviloquus, grandiloquus, per* entior, entissimus, *vulgò comparantur, ut benevolus, benevolentior, benevolentissimus. Nos Comparativum istum, in* entior, *& Superlativum in* entissimus *potiùs a Participiis, aut à Nominibus, antiquis malevolens benevolens, maledicens, & quàm, à malevolus, benevolus, &c. descendere arbitramur.*

Adjectiva ista: *Pius, dubius, idoneus, exiguus strenuus, vacuus, & alia in Us purum desinentia, per* magìs & maximè *comparabis sic* in Positivo, *Pius*, in Comparativo *magìs pius*, in Superlativo, *maximè pius.*

Per hæs Particulas magìs & maximè minus, & minimè, per multò *vel* longè quàm, *licet omne Genus Adjectivorum comparare, ùt Dubius, magis dubius, maximè dubius, Dulcis, minus dulcis, minimè dulcis. Per doctus longè vel multò doctior, quàm doctissimus.*

Dexter dexterior non *dextrior: Sinister, sinistrior,* non *sinisterior.*

Unde formatur Superlativus? *à Genitivo Positivi addito* issimus *vel* simus, *ùt* à Doctus docti, *fit* doctissimus, *ab* audax audacis, *fit* audacissimus.

Si Positivus desinit in Er, *fiet ex ipso Superlativus, addito* Rimus, *ùt* pulcher pulcherrimus.

Hæc Adjectiva quinque Facilis, agilis, gracilis, humilis, similis, *(quæ dictio* Fagus *continet) cum Compositis formant Superlativum à Dativo Positivi, addito* Mus, *ùt* à Facilis facili, *fit* Facillimus, *(In his* L. *geminare consvetudo jubet, analogia vetat)*

Comparativum à Positivo. Superlativum verò aliunde formant Adjectiva ista: Exterus, exterior, extremus, *vel* extimus, Inferus, inferior, infimus, Posterus, posterior, postremus, Superus, Superior, Supremus.

Quotus

Quotuplex est Comparatio Regularis? *Triplex: Abundans Defectiva, & Media: id est nec Abundans, nec Defectiva.*

De Comparatione Regulari Abundanti.

Quid est Comparatio Abundans? *Quando Adjectivũ habet duos vel positivos, vel Comparativos, vel Superlativos gradus*

Abundantia Positivô.	1. Acer,	*vel*	acris,	or,	acerrimus.
	2. Hilaris,	*vel*	rus,	or,	rillimus.
	3. Imbecillus,	*vel*	is,	or,	limus.
	4. Saluber,	*vel*	bris,	or,	rimus.
Abundantia Superlativô.	Agilis,	or,	agilimus,	*agilissimus.*	
	Docilis,	or,	docilissimus	*docillimus.*	
	Dexter,	erior,	dexterrimus,	*dextimus.*	
	Exterus,	or,	extremus,	*extimus.*	
	Satur,	or,	Saturrimus,	*Saturissimus.*	
	Similis,	or,	Simillimus,	*Similissimus.*	
	Maturus,	or,	Maturimus,	*Maturrimus.*	
	Sinister,	rior,	sinisterrimus,	*sinistimus.*	

Beneficus, beneficentissimus, *beneficissimus*, Cato.
Magnificus, magnificentissimus, *magnificissimus*, Actius.
Mirificus, mirificentissimus, *mirificissimus*, Terenta.

De Comparatione Regular. Defectiva.

Quid est Comparatio Defectiva? *Quando Comparabile caret unô, vel duobûs Gradibûs.*

Positivô carentia.	1. Citerior,	citimus.
	2. Deterior,	deterrimus.
	3. Diutior,	diutissimus.
	4. Interior,	intimus.
	5. Ocyor,	ocyssimus.
	6. Prior,	primus.
	7. Propior,	proximus.
	8. Ulterior,	ultimus.
	Beneficentior,	beneficentissimus.
	Magnificentior,	magnificentissimus, &c.

	Colendus,	colendissimus.
	Diversus,	diversissimus.
	Falsus,	falsissimus.
	Fidus,	fidissimus.
Compa-	Inclytus,	inclytissimus.
rativó	Invitus,	invitissimus.
carentia.	Jurisconsultus,	jurisconsultissimus.
	Ipsus,	ipsissimus.
	Meritus,	meritissimus.
	Nuperus,	nuperissimus.
	Patruus,	*patruissimus*. Plautus.
	Persvasus,	*persvassimus*.
	Perpetuus,	*perpetuissimus*. Cato.
	Pius,	*piissimus*.
	Sacer,	*sacerrimus*.
	Vacuus,	*vacuissimus*. Cato.
	Exiguus,	*exiguissimus*.
	Beneficus,	*Beneficentissimus*. Cato.
	Magnificus,	*Magnificentissimus*. Actius.
	Mirificus,	*Mirificentissimus*. Ter:
	Adolescens,	*Adolescentior*.
	Juvenis,	*Junior*, pro *Juvenior*.
	Industrius,	*Industrior*. Plautus.
Superla-	Innoxius,	*Innoxior*. Cato.
tivô ca-	Longinquus,	Longinquior.
rentia.	Proximus,	proximior.
	Senex,	senior.
	Infinitus,	infinitior.
	Dives,	divitior. *Ovid: Mar: Tac.*

Sæpissimus, novissimus, imus, summus, *Positivô & Comparativô carent.*

Anterior, licentior, licentius, *Positivô & Superlativô carent.*

Admonitio. *Cætera his similia lectio suppeditabit. Quæ autem horum minus sunt usitata ea nôsse tantum, non autem ipsis uti Tyrones debebunt.*

De Comparatione Regulari Media.

Quid est Comparatio Media? *Quando Adjectivum Comparabile unum tantùm habet Positivum, unum Comparativum, & unum Superlativum, neq; ullo ex ipsis deficit.*

EXEMPLUM.

VERUS quali Comparatione comparatur? *Regulari.* Quali Regulari? *Mediâ.* Compara.

In Genere Masculino.

In Gradu	Positivo,	*Hic Verus, ri.*
	Comparativo,	*Hic Verior, oris.*
	Superlativo,	*Hic Verissimus, mi.*

In Genere Fæminino.

In Gradu	Positivo,	*Hæc Vera, veræ.*
	Comparativo,	*Hæc Verior, oris.*
	Superlativo,	*Hæc Verissima mæ.*

In Genere Neutro.

In Gradu	Positivo,	*Hoc Verum, ri.*
	Comparativo,	*Hoc Verius, oris.*
	Superlativo,	*Hoc Verissimum, mi.*

Sive etiam hoc Modo.

In Genere	Masculino,	*Hic Verus, verior, verissimus.*
	Fæminino,	*Hæc Vera, verior, verissima.*
	Neutro,	*Hoc Verum, verius, verissimum.*

Seu deniquè sic.

Hic Verus, verior, verissimus. Hæc Vera, verior, verissima. Hoc Verum, verius, verissimum.

Admonitio. *Hos Comparationis Gradus omnes simul in quovis Genere facillimè Puer sciet per Casus inflectere: si & quotæ sint Declinationis sciverit, & unum sinè alio priùs declinare didicerit. Exemplum hujus rei vide in Tyrocinio.*

In

In Genere Maſculino in Gradu.

Poſitivo hic	Comparativo hic	Superlativo hic
1. Altus	Altior	Altiſſimus,
2. Niger	nigrior	nigerrimus,
3. Gravis	gravior	graviſſimus.
4. Amans	amantior	amantiſſimus.
5. Felix	felicior	feliciſſimus.
6. Facilis	facilior	facillimus.
7. Solers	ſolertior	ſolertiſſimus.
8. Benevolus	benevolentior	benevolentiſſimus.
9. Nequam	Nequior	nequiſſimus.
10. Pius	magis pius	maximè pius.

In Genere Fæminino in Gradu

Poſitivo hæc	Comparativo hæc	Superlativo hæc
1. Alta	Altior	Altiſſima,
2. Nigra	nigrior	nigerrima;
Gravis	gravior	graviſſima;
4. Amans	amantior	amantiſſima,
5. Felix	felicior	faliciſſima.
6. Facilis	facilior	facillima.
7. Solers	ſolertior	ſolertiſſima.
8. Benevola	benevolentior	benevolentiſſima;
9. Nequam	nequior	nequiſſima;
10. Pia	magis pia	maxime, pia.

In Genere Neutro in Gradu.

Poſitivo hoc	Comparativo hoc	Superlativo hoc
1. Altum	Altius	Altiſſimum;
2. Nigrum	nigrius	nigerrimum;
3. Grave	gravius	graviſſimum.
4. Amans	amantius	amantiſſimum,
5. Felix	felicius	feliciſſimum.
6. Facile	facilius	facillimum.
7. Solers	ſolertius	ſolertiſſimum.
8. Benevolum	benevolentius	benevolentiſſimum
9. Nequam	nequius	nequiſſimum.
10. Pium	magis pium	maximè pium.

DE COMPARATIONE IRREGULARI.

Quid est Comparatio Irregularis? *Quando nec Comparativus, nec Superlativus à Positivo formatur.*

Quot sunt Adjectiva quæ irregulariter comparantur? *Quinque ista:* Bonus, malus, magnus, parvus, multus.

Compara *Bonus.*

In Genere	Masculino,	*Bonus,*	*melior,*	*optimus.*
	Fæminino,	*Bona,*	*melior,*	*optima.*
	Neutro,	*Bonum,*	*melius,*	*optimum.*
In Genere	Masculino,	*Malus,*	*pejor,*	*pessimus.*
	Fæminino,	*Mala,*	*pejor,*	*pessima.*
	Neutro,	*Malum,*	*pejus,*	*pessimum.*
In Genere	Masculino,	*Magnus,*	*major,*	*maximus.*
	Fæminino,	*Magna,*	*major,*	*maxima.*
	Neutro,	*Magnum,*	*majus,*	*maximum.*
In Genere	Masculino,	*Parvus,*	*minor,*	*minimus.*
	Fæminino,	*Parva,*	*minor,*	*minima.*
	Neutro,	*Parvum,*	*minus,*	*minimum.*
In Genere	Masculino,	*Multus,*	- - - -	*plurimus.*
	Fæminino,	*Multa,*	- - - -	*plurima.*
	Neutro,	*Multum,*	*plus,*	*plurimum.*

Annotatio. *Si Comparatio Irregularis triplex esse statuatur, Abundans defectiva & Media, tunc erit* Parvus *exemplum Abundantis, quia duos habet Superlativos s.* Minimus *&* Parvissimus, *quanquam* parvissimus *jam obsolevit. Ad Defectivam vero dari poterit exemplum* Multus, *quia in Singulari in Masculino & Fæminino caret Comparativo, quem tamen in Plurali habet, dicitur enim* Plures, plurium, pluribus, *reliqua tria* Bonus. Malus, Magnus, *sub media comprehenduntur.*

CAPUT

Caput IV.

De Genere Nominum Regulæ Generales.

Quot modîs Genera Nominum cognoſcuntur? *Duobus*, Primò ex ſignificatione, per Regulas Generales, ut *Paulus*, *Anna*, *Cracovia*, Secundò ex terminatione per Regulas Speciales, ut *Via*, *talpa*, *manus*, *&c.*

Regula Prima.

Maſculini Generis eſt Nomen ſignificans.
1. Virum, ut *Adam*, *Rex*, *Frater*, *Conſul.*
2. Angelum, aut DEUM Gentilem, ut *Michael*, *Gabriel*, *Mars*, *Apollo*, *Jupiter.*
3. Ex Animalibus quadrupedibus marem, ut *Leo*, *Urſus*, *Cerberus*, *Bucephalus.*
4. Fluvium, Ventum, aut Menſem ut *Tyrus*, *Eurus*, *Aquilo*, *Majus.*

Excipe *Styx*, & *Lethe* Fæminina.

Regula Secunda.

Fæminini Generis eſt Nomen ſignificans.
1. Mulierem, ut *Anna*, *Regina*, *Mater*, *Uxor.*
2. Deam Gentilem, ut *Pallas*, *Juno*, *Alecto.*
3. Ex Animalibus quadrupedibus fæminam, ut *Lea*, *Urſa*, *Graucus*, *Podarges.*
4. Regionem aut Inſulā, ut *Polonia*, *Cyprus.*
5. Urbem, ut *Cracovia*, *Babylon*, *Jeruſalem.*
6. Arborem, (*ſi non terminatur*, *in* R) ut *Malus*, *pinus*, *pyrus*, *fagus*, *pomus.*

Nomina Urbium
1. In *Um*, *Ur*, *E*, ſunt Neutra, ut *Gedanum*, *Smolenſcum*, *Tybur*, *Cere.*
2. Iſta *Sulmo*, *Narbo*, *Acragas*, ſunt Maſculina
3. In *I*, Pluralia ſunt Maſculina ut *Pariſii Delphi*
4. In *A*, Pluralia ſunt Neutra, ut *Bactra.*

Obſervatio. *Genus Nominum Arborum in R. & fruticum omnium imo, & aliarum rerum ex terminatione cognoſcetur.*

Regula Tertia.

Neutrius sunt Generis.
1. Nomina Litterarum ùt *A. b, c, d, e, f, g, &c.*
2. Verba & Adverbia locô Nominum posita, ùt *Scire tuum, triste vale, aliud cras, clarum manè.*
3. Voces technicè seu pro se ipsis acceptæ, ùt *Homo dissyllabum, Rex est Nomen.*

Regula Quarta.

1. Adjectiva unius Terminationis, sunt Generis Omnis & Tertiæ Declinationis, ùt *Felix, Prudens, Audax. &c.*

2. Adjectiva duarum Terminationum, sub Prima sunt Generis Communis, sub secunda Neutrius, & sub utraq; Tertiæ Declinationis, ùt *hic, & hæc fortis, & hoc forte. &c.*

3. Adjectiva trium Terminationum, sub Prima Terminatione sunt Generis Masculini, sub secunda Fæminini, sub Tertia Neutrius, ùt *Hic bonus, hæc bona, hoc bonum.*

4. Adjectiva Numeralia à *Quatuor* ad *Centum*, sunt Pluralia indeclinabilia Generis Omnis, ùt *Quatuor, quinque, sex, septem, octo, &c.*

Adjectiva ex *Centum* Composita tres habent Terminationes & tria Genera, & per primam secundamq; Declinationem in Plurali tantùm declinantur, ùt *Ducenti, ducenta, ducenta,* sic *Trecenti, ta, ta. &c.*

Observatio.

Adjectivum.
1. *Vnus, una, unum,* in utroque Numero declinatur, quo in Plurali utimur tunc, quando Substantivum ejus, cum quo concordat caret singulari, ùt *Vna Litera.*
2. *Duo, dua, duo,* tantùm in Plurali declinantur per primam & secundam Declinationem, sicut & *Ambo, amba, ambo.*
3. *Hi & hæ tres:* & *hæc tria* Genitivum *trium,* Dativum, & Ablativum *tribus,* est Tertiæ Declinationis, & Plurale tantùm.

Obser-

Observatio secunda. *Interdum Nomini Speciali Genus Nominis universalis, quod subauditur, tribuunt Authores, ut* A longum & a longa *s.* litera, Albula pota *s.* aqua, Centaurus, magna *s.* navis, Eunuhus Terentiana *s.* Fabula.

Admonitio. *Quando quares Genus Nominis alicujus prius istas Regulas Generales, quàm speciales consulas. Et scias Communis & Dubii Generis Nomina in Specialibus Regulis esse quærenda.*

Regulæ de Casu Generales.

In quavis Declinatione sunt similes.

1. Neutrorum Nominativus, Accusativus, & Vocativus in utroqué numero, & in Plurali ferè exeunt in *A*, ùt *Scamnum*, *Scamna*.
2. Nominativus & Vocativus Plurales, ùt *Hæ Viæ*, *o Viæ*.
3. Dativus & Ablativus Plurales, ùt *his viis*, *ab his viis*.

CAPUT V.

De Prima Declinatione.

Nominativus Singularis Primæ Declinationis desinit in *A*, *e*, *as*, *es*, *Am*, ùt *Via*, *Penelope*, *Æneas*, *Anchises*, *Adã*.

Nomina Primæ desinentia in,

1. *A*, sunt Fæminina, ùt *Dea*, *via*, *ora*, *&c.*
2. E, sunt Græca Fæminina, ùt *Ode*, *Syncope*, *Rhetorice*, *Pentecoste*.
3. *As*, *es*, *am*, sunt Masculina, ùt *Æneas*, *Lucas*, *Anchises*, *Palatinides*, *Adam*, *&c.*

1. *Adria*, *Cometa*, *Planeta*, *Propheta*, *Bibliopola*, similiaq; Græca sunt Masculina.
2. Sunt Masculina, *Verna*, *incola*, *advena*, *terrigena*, *indigena*, *homicida*, *&c.*
3. *Talpa*, *&* *dama*, sunt dubia.

Exce-

Exceptio ſecunda *Paſcha eſt Generis Neutrius, in Genitivo & Dativo* Paſchæ; *alii Tertiæ Declinationis eſſe volunt in Genitivo* Paſchatis.

4. Genitivus & Dativus Singularis Primæ Declinationis exeunt in Æ diphtongum, ùt *hujus viæ, huic viæ.*

1. Nomina Primæ Declinationis iſta: *Una, alia, altera, ſola, tota, ulla, nulla, utra, utraq; &c. formant Genitivum, per* Ius, *& Dativum per* I, *ùt una, unius, uni,* (*olim verò per æ formabant ùt hujus unæ, huic unæ.*)

2. Nomina Primæ in *E*, habent in Genitivo *Es*, in Accuſativo *En*, in reliquis Caſibus *E*, ùt *Ode, odes, oden*, in Plurali verò declinantur ſicut alia Latina, ùt *odæ, odarum, odis, &c.*

3. Nomina Primæ Genitivum Singularem olim formabant per *As*, vel *Ai*, ùt *Majas, vias, familias, aulai, pictai, pro Majæ, aulæ.*

4. Accuſativus Singularis Primæ Nominum.	Latinorum deſinit in *Am*, ùt *hanc Viam*, Græcorum in *As*, vel *A*, propriorum exit, in *Am*, vel *An*, ùt *Æneam*, vel *An*. Græcorum in *Es*, vel *E*, deſinit in *En*, vel *Am*, ùt *Anchiſen*, vel *Am*, *Oden*, vel *Odam*.
5. Vocativum & Ablativum Singularem Primæ Nomina.	1. *As*, & *A*, finita terminant in *A*, ùt *ô Ænea, ab hoc Ænea, ô Via, ab hac via.* 2. *Es*, & *E*, Finita faciunt in *E*, vel *A*, ùt *ô Anchiſe*, vel *a*, *ab hoc Anchiſe*, vel *a*, *ô Ode*, vel *oda*, *ab hac ode*, vel *oda*.

Obſer-

Observatio. *Accusativus in* Am, *Vocativus & Ablativus in* A, *Nominum in* Es, *&* E, *non ab his Nominativis fit verùm à Nominativo in* A, *Dictum enim est aliquando* Anchisa, *pro* Anchises, *ùt* Atrida, *pro* Atrides. *Sic* Odam *&* oda: *venit a Nominativo Latino* Oda, *non verò ab* ode *& sic de cæteris.*

De Numerô Pluralî.

Prima Declinatio format Pluralem.
1. Nominativum & Vocativum per Æ, diphtongum, ùt *Hæ viæ, ô viæ.*
2. Genitivum in *arum*, ùt *Viarum.*
3. Dativũ & Ablativum in *Is*, ùt *Viis.*
4. Accusativum per *As*, ùt *Vias.*

EXCEPTIO

Hæc Nomina, *Dea, filia, nata, liberta, equa, mula, ambæ, duæ*, Pluralem Dativum & Ablativum formant per *abus*, ut *Deabus, filiabus* (olim per *is*) ùt *Deis, filiis.*

De Deficientibus Numero.

Nomina Fæminina Primæ Declinationis carentia
Singulari sunt ista: *Antiæ, balneæ, clitellæ, cunæ, deliciæ, divitiæ, diræ, epulæ excubiæ, exequiæ, exuviæ, facetiæ, feriæ, geræ, induciæ, inferiæ, insidiæ, Calendæ, Nonæ, Literæ, Manubiæ, minæ, nugæ, nundinæ, nuptiæ, offuciæ, phaleræ, plagæ, primitiæ, quisquiliæ, reliquiæ, scapulæ, scopæ, tenebræ, thermæ, trieæ, valvæ*, & locorum propria, ùt *Athenæ, Venetiæ, Thebæ, &c.* Item Adjectiva *Ambæ, duæ, ducentæ, trecentæ, quadringentæ, quingentæ &c.* in entæ.
Plurali sunt ista: *Adolescentia, Galla, fuga, infantia, segnitia, pigritia.*

CAPUT

CAPUT VI.

De Secunda Declinatione.

1. Nominativus Singularis Secundæ Declinationis definit in *Er*, *Ir*, *Ur*, *Us*, *Eus*, *Um*, *Ud*, ùt *Puer*, *Vir*, *ſatur*, *Dominus*, *Thydeus*, *ſcamnum*, *aliud*.

1. Nomina Secundæ Declinationis deſinentia in
   1. *Er*, *Ir*, *Us*, *Eus*, ſunt Maſculina, ùt *Puer*, *Vir*, *ſatur*, *Dominus*, *Thydeus*, *Oleaſter*, *&c.*
   2. *Um*, Appellativa ſunt Neutra, ùt *Scamnum*, *Templum*, & Græca etiam ùt *Scholion*, vel *um*, *ſcholii*, *enchiridion*, vel *um*, *enchiridii*, *&c.*

EXCEPTIO.

1. Fæminina ſunt: *Alvus*, *abyſſus*, *arctus*, *amethyſtus*, *antidotus*, *balanus*, *biblus*, *byſſus*, *carbaſſus*, *colus*, *cryſtallus*, *Dialectus*, *diametrus*, *domus*, *diphtongus*, *exodus*, *eremus*, *ficus*, *hyſſopus*, *humus*, *methodus*, *papyrus*, *periodus*, *pyropus*, *ſapphirus*, *Synodus*, *vannus*.
2. Neutra ſunt *Vulgus*, & *pelagus*, ſingularia tantùm, item *virus* ſingulare Indeclinabile.
3. Dubia ſunt: *Athomus*, *barbitus*, *berillus*, *cythyſus*, *groſſus*, *pampinus*, *phaſellus*, *rubus*, *ſmaragdus*.

Obſervatio. *Nomina Urbium*, *Regionum*, *Inſularum*, *&* *Arborum*, *in* Us, *item propria in* Um, *per Regulas Generales*, *debent cognoſci*, *cujus ſunt Generis*.

2. Genitivus Singulairs Secundæ Declinationis deſinit in *I*, & tot ſyllabas habet, quot in Nominativo, ùt *Dominus*, *Domini*, *Scamnum*, *ſcamni*, (olim exibat in *Us*, ùt *hujus lectus*, *hujus locus*, pro *hujus loci*.)

EXCE-

EXCEPTIONES.

1. Hæc Nomina. *Unus, ullus, solus, totus, alter, alius, uter, neuter, uterq; alteruter, &c.* in quovis Genere Genitivum habent in *Ius*, & Dativũ in *I*, ùt *Ullius, ulli, alius, alii*, (hæc olim in Genitivo *I* in Dativo *O* habebant.)

2. Unâ syllabâ superant in Genitivo Nominativum Nomina.
   1. Desinentia in *Ur, ir*, ùt *Satur, saturi, Vir, Viri.*
   2. Ista omnia, *Asper, prosper, puer, tener, miser, gibber, lacer, socer, gener, adulter, liber, dexter, Presbyter.*
   3. Composita in *Ger*, & *Fer*, desinentia, ùt *Claviger, clavigeri, Lucifer, Luciferi.*

3. Secunda Declinatio format Singularem.
   1. Dativum & Ablativum per *O*, ùt *Puero.*
   2. Accusativum per *Um*, ùt *Puerum.*

OBSERVATIONES.

1. Desinentia in *Eus*, Accusativum formant per *Um*, & per *A*, ùt *hunc Orpheum, vel Orphea.*
2. Græca in *Os*, Latina in *Us*, mutant *S*, in *N*, in Accusativo, ùt *Pergamos*, vel *us, Pergamon, arctos*, vel *arctus, arcton, Delos*, vel *Delus, Delon, &c.*

Vocativus Singularis Secundæ Declinationis Nominum in
   1. *Er, ir, ur, um, ud*, similis est Nominativo, ùt *ô Puer, Vir, satur, scamnum.*
   2. *Us*, mutatur in *E*, ùt *ô serve bone.*
   3. *Eus*, abijcit *S*, in fine ùt *ô Thydeu.*
   4. *Ius* propriorum abijcit *Us*, in fine ùt *ô Virgili, Gregori, Cai.*
   5. *Ius* Appellativorum & Adjectivorum mutat *Us* in *E*, ùt *ô Tabellarie, egregie, &c.*

Exceptio, *ô DEUS, non Dee, ô Fili, non Filie*, fac Vocativum.

DE-

De Numero Plurali.

Secunda Declinatio format Pluralem.
1. Nominativum & Vocativum per *I*, ùt *Pueri*.
2. Genitivum per *orum*, ùt *Puerorum*.
3. Dativum & Ablativũ per *Is*, ùt *Pueris*.
4. Accusativum per *os*, ùt *Pueros*.

EXCEPTIO.

Neutra Secundæ Declinationis Nominativum, Accusativum & Vocativum Pluralem formant per *A*, ùt *Scamna*, præter *ambo* & *duo*.

De Deficientibus numero.

1. Singulari carentia Masculina Secundæ sunt ista, *Cani*, *Cancelli*, *fasti*, *gemini*, *inferi*, *liberi*, *posteri*, *Superi*, & locorum propria ùt *Gabii*, *Locri*, *Delphi*, *Parisii*, &c.
2. Neutra Secundæ Singulari carentia sunt ista: *Arma*, *bellaria*, *Crepundia*, *Comitia*, *Castra*, *Cibaria*, *exta*, *æstiva*, *hyberna*, *hybernalia*, *stativa*, *cunabula*, *incunabula*, *justa*, *munia*, *oblivia*, *Orgia*, *Olympia*, *præcordia*, *paraphernalia*, *repotia*, *sponsalia*, *scenopegia*, *tesqua*, *serta*, *verenda*, *Cytera*, *Bactra*, *Ceraunia*, & Librorum tituli, ùt *Biblia*, *Georgica*, *Buccolica*, *Rhetorica*, *Physica*.
3. Masculina Secundæ Plurali carentia sunt ista, *Fimus*, *Hesperus*, *Limus*, *viscus*, *vesper*.
4. Fæminina Secundæ Plurali carentia sunt ista: *Alvus*, *carbasus*, *rubus*.
5. Neutra Secundæ Plurali carentia sunt ista: *Cænum*, *sævum*, *penum*, *nihilum*, *senium*, *lethum*, *barathrum*, *viscum*, *glutinum*, *justitium*, *pelagus*, *vulgus*, *virus*.

CAPUT VII.

De Tertia Declinatione.

Tertiæ Declinationis Singularis Nominativus variè finitur, Genitivus verò Latinus in *Is*, & Græcus in *Os*.

A.

Nomina Tertiæ Declinationis in *A*, sunt Neutra, & habent in Genitivo *Atis*, ùt *Comma*, *commatis*, sic *Dogma*, *Poëma*, *zeugma*, *aroma*, *thema*, *&c*.

Adjectiva in *Ginta*, ùt *Triginta*, *quadraginta*, *quinquaginta*, *sexaginta*, *septuaginta*, *octoginta*, *nonaginta*, sunt Generis Omnis Pluralia & Indeclinabilia.

E.

Nomina Tertiæ Declinationis in E, sunt Neutra, & mutant in Genitivo *E*, in *Is*, ùt *Cubile cubilis*.

Cepe, *gausape*, *præsepe*, *soracte*, cum his pluralibus, *Cete*, *tempe*, sunt Neutra indeclinabilia.

Adjectiva *Quinque* & *Mille*, sunt pluralia indeclinabilia Generis Omnis.

Hæc vox Mille *Additô Adjectivô fit Substantivum*, ùt Unum mille *estq; sic Neutrum*, *in Singulari tantùm est indeclinabile*, *in Plurali verò per Tertiam Declinationem habet omnes Casus*, ùt hæc millia, millium, millibus.

I. & Y.

Neutra sunt Nomina in { 1. *I*, & indeclinabilia, ùt *Gummi*, *Synapi*. 2. In *Y*, Græcè *yos*, Latinè verò *ys*, faciunt Genitivum, ùt *Moly*, *Molyos*, vel *molyis*. }

Viginti Plurale tantùm, Generis omnis, indeclinabile.

DO & GO.

Nomina in *Do* & *Go*, sunt Fæminina, & habent in Genitivo *Inis*, ùt *Albedo albedinis*, sic *dulcedo*, *imago*, *virgo*, *alcedo*, *cupido*, *formido*, *nigredo*, *&c.*

1. *Cardo*, *Cupido*, *margo*, *ordo*, habent in Genitivo *Inis*, sed sunt Masculina.
2. *Unedo unedonis* est Fæmininum.
3. Masculina *Spado*, *cudo*, *udo*, *burdo*, *mango*, *ligo*, *harpago*, *Macedo*, *prædo*, *comedo*: *cerdo*, habent in Genitivo *onis*.
4. *Pondo*, indeclinabile pro *pondere*, est Neutrum Singulare adjungiturqué Nomini *Libra* ùt *Libra pondo*, at pro *Libra* est utriusq; Numeri, ùt *Unius pondo*, *centum pondo*.

O.

Nimina in *O*, qualecunqé sunt Masculina, & habent in Genitivo *Onis*, ùt *Pugio*, *Pugionis*, sic *Scipio*, *titio*, *tyro*, *latro*, *unio*, margarita, *binio*, *ternio*, *&c.*

1. Verbalia in *Io*, habent etiam *Onis*, sed sunt Fæminina, ùt *Lectio Lectionis*, sic *Ratio*, *natio*, *motio*, *generatio*, *unio*, *&c.*
2. *Legio*, *regio*, *communio*, *portio*, *rebellio*, *ditio*, *talio*, habent etiam *Onis*, sed sunt Fæminina.
3. *Homo hominis*, *Apollo*, *Apollinis*, *turbo turbinis*, *anio anionis*, sunt Masculina.
4. *Caro carnis*, *Nerio Nerionis*, sunt Fæminina.
5. *Nemo neminis*, est Commune, *Bubo onis*, Dubium.
6. *Octo*, est Plurale, Generis omnis, indeclinabile.

7. *Dido*,

7. *Dido, Alecto, Echo, Clio, Calipso, Erato, Mantho, Clotho*, & alia propria Græca in *O*, Fæminina, dupliciter declinantur. Græcè sic: *hæc Dido, hujus didus, huic, hanc, ô ab hac Dido*, Latinè *Dido, onis, onem, Dido, one*. Phocas antiquus Grammaticus sic jubet declinare, *Dido, Didois, Didoi, Didoem, à Didoe*.

C. D. T.

1. Nomina in *C*, & *T*, sunt Neutra, ùt *Lac, lactis*, Singulare tantùm; Item *Caput capitis, occiput occipitis, sinciput sincipitis*.

2. Propria in *D*, sunt Masculina & assumunt *Is*, in Genitivo, ùt *David, Davidis, Bogud, Bogudis*, alii volunt esse indeclinabilia.

1. *Tot, quot, aliquot, quotquot*, sunt Generis omnis, indeclinabilia, & Pluralia tantùm.

2. *Halec halecis*, est Dubium, *Melchisedec ecis*, est Masculinum, alii indeclinabile esse volunt.

3. *Sabaoth*, est Fæmininum, Plurale indeclinabile.

AL.

1. Nomina in *AL*.
 1. Appellativa sunt Neutra, & habent in Genitivo *Alis*, ùt *Animal animalis, tribunal tribunalis, vectigal vectigalis, &c.*
 2. Propria sunt Masculina, & habent in Genitivo *Alis*, ùt *Annibal alis*, sic *Astrubal, Aterbal, alis.*

Sal salis, sæpiùs Masculinum, quàm Neutrum & pro joco semper Masculinum.

EL.

Nomina in *EL*.
 1. Appellativa sunt Neutra, & assumunt in Genitivo *Lis*, ùt *Fel fellis, Mel mellis*.
 2. Propria sunt Masculina, & habent in Genitivo *Elis*, ùt *Michaël elis, Gabriel elis &c.*

IL,

IL. OL. UL.

1. Masculina *Mugil, pugil, vigil*, habent *ilis*, sed *vigil*, & *pervigil*, Adjectiva sunt Generis Omnis.
2. *Tanaquil, tanaquilis*, est Fæmininum.
3. *Nil, nihil*, sunt Neutra, Indeclinabilia.
4. *Sol, solis, Consul Consulis, Proconsul Proconsulis, Præsul Præsulis, exul exulis*, sunt Masculina.

AM, EM, IM, UM.

1. *Nequam*, Adjectivum acliton, est Generis Omnis.
2. Nomina in *EM*, & *IM*.
   1. Substantiva sunt indeclinabilia, quorū Genus ex significatione cognosces.
   2. Adjectiva sunt Generis omnis, Pluralia indeclinabilia, ut *Totidem, septem, novem, decem, undecem, tredecem, &c.*
3. *Tantundem*, est Neutrum in Genitivo *tantidem*, cæteris caret & ad Secundam pertinet Declinationem.
4. *Centum*, Plurale indeclinabile est Generis Omnis.

AN, IN.

Græca in *An* & *In*, sunt Masculina & assumunt *Is*, vel *Os*, Græcè in Genitivo, ut *Pæan Pæanis*, vel *Os*, sic *Pan, Evan, Titan, Delphin*.

Exceptio. *Salamin Salaminis, Eleusin Eleusinis*, sunt Fæminina.

EN.

In *En*, sunt Neutra & habent in Genitivo *Inis*, ut *Lumen luminis*, sic *Carmen, fulmen, flumen, agmen*.

1. *Pecten, flamen, tubicen, tibicen, fidicen, cornicen, oscen*, habent in Genitivo *Inis*, sed sunt Masculina.
2. *Lien lienis*, sic *attagen, splen, lichen, Hymen*, sunt Masculina.
3. *Siren, sirenis*, est Fæmininum.

ON.

Græca in *On* ſunt Maſculina, & habent in Genitivo *onis*, ut *Agon*, *agonis*, ſic *Canon*, *Jaſon*, *Dæmon*, *&c.*

Fæminina *Icon*, *Syndon*, *Alcyon*, *Babylon*, *Amazon*, *Gorgon*, *àédon*, habent etiam *onis*.

Charon, *Acheron*, *Phlegeton*, *Horizon*, *Phàéton*, *Licaon*, *Xenophon*, Maſculina, & habent in Genitivo *ontis*, ùt *Charontis*.

AR.

Nomina in *Ar*, ſunt Neutra, & habent in Genitivo *Aris*, ùt *Calcar*, *calcaris*, ſic *Exemplar*, *Nectar*, *far*, *baccar*, *jubar*, itemqué *Hepar hepatis*.

1. Maſculina, *Cæſar*, *Amilcar*, *Bomilcar*, *lar*, *ſalar*, *arar*, etiam habent in Genitivo *aris*.
2. *Par*, *paris*, ſic *Compar*, *diſpar*, *impar* Adjectiva ſunt Generis Omnis & unius terminationis.
3. *Nar*, *naris*, *narem*, & Maſculinum, & Neutrum invenitur.

ER.

In *Er* ſunt Maſculina, & habent in Genitivo *eris*, ùt *Agger*, *aggeris*, ſic *Carcer*, *later*, *aſſer*, *àér*, *æther*, *crater*, *vomer*, *paſſer*.

1. Neutra iſta, *Iter*, *itineris*, *verber*, *verberis*, ſic *ver*, *acer*, *ſiler*, *ſuber*, *uber*, *tuber*, *ſiſer*, *cadaver*, *papaver*, *cicer*, *piper*, habent in Genitivo *eris*.
2. *Mater*, *matris*, *mulier*, *mulieris*, eſt Fæmininum.
3. Adjectiva, *Pauper*, *degener*, *uber*, *puber*, *celer*, habent etiam *eris*, ſed ſunt Generis Omnis.
4. Maſculina iſta, *Pater*, *frater*, *venter*, *accipiter*, habent in Genitivo *tris*, ùt *Patris*, *aſt imber imbris*.
5. *Jupiter*, Maſculinum, habet in Genitivo *Jovis*.

6. *Spinter*, *ſpintris*, Neutrum, *Linter*, *lintris*, Dubium.

7. Adjectiva in *Ber*, *Cer*, *Ster*, ſunt trium terminationum, & mutant *Er*, in *ris*, in Genitivo, ùt *hic Acer*, *hæc acris*, *hoc acre*, *hujus acris*, ſic *Celeber*, *September*, *October*, *November*, *December*, *ſaluber*, *alacer*, *volucer*, *campeſter*, *pedeſter*, *equeſter*, *ſylveſter*, *ſequeſter*. Ex quibus multa abundant in Maſculino: dicitur enim *hic Celeber* vel *celebris*, ſic *Alacer*, *ſaluber*, *acer*, *ſequeſter*, *ſylveſter*, vel *ſylveſtris*.

OR.

Nomina in *Or*, ſunt Maſculina & habent in Genitivo *oris*, ùt *Dolor*, *doloris*, ſic *labor*, *decor*, *Sartor*, *Sutor*, *Caſtor*, *Neſtor*, *Rhetor*, *Venator horror*, *Salvator*, *&c.*

Oris, habent in Genitivo Nomina iſta.
1. Fæminina, *Soror*, *Vxor*, *arbor*.
2. Neutra *Æquor*, *marmor*, *ador*.
3. Communia, *Author*, *fortior*, *gravior*, & omnes Comparativi Gradus in *Or*.
4. Generis Omnis *Memor*, *immemor*, *concolor*, *diſcolor*, *verſicolor*, *dedecor*, *indecor*, *bicorpor*, *tricorpor*.
5. *Cor*, *cordis*, eſt Neutrum.

UR, & YR.

In *Ur*, ſunt Neutra, & habent *uris*, ùt *Murmur*, *murmuris*, ſic *guttur*, *ſulfur*, *Tybur*.

1. Hæc Maſculina *Fur*, *trifur*, *ligur*, *furfur*, *turtur*, *vultur*, habent etiam *uris*.

2. *Cicur*, *cicuris*, Adjectivum eſt Generis Omnis.

3. *Augur*, *auguris*, *Martyr*, *Martyris*, ſunt Communia.

4. Neutra *Femur*, *robur*, *ebur*, *jecur*, habent *oris*, ùt *roboris*.

AS Latinum.

In *As* Latina ſunt Fæminina, & habent in Genivo *Atis*, ùt *Civitas*, *civitatis*, ſic *anas*, *poteſtas*, *Majeſtas*, *&c.*

1. *Mecænas*, *Optimas*, *Primas*, *Abbas*, Maſculina habent etiam *Atis*, ùt *Mecænatis*.
2. *Arpinas*, *Aquinas*, *Ravenas*, *Capenas*, & ſimilia ſunt Generis Omnis, & habent in Genitivo *atis*.
3. *Mas*, *maris*, *vas*, *vadis*, *as*, *aſſis*, *Arcas*, *Arcadis*, ſunt Maſculina.
4. *Vas*, *vaſis*, *vaſi*, *vaſe*, eſt Neutrum, in Plurali *Vaſa*, *vaſorum*, *vaſis*, eſt ſecundæ Declinationis.
5. *Fas*, *nefas*, ſunt Neutra indeclinabilia.

AS Græcum.

In *As* Græca Maſculina habent *Antis*, ùt *Adamas*, *Adamantis*, ſic *Acragas*, *Pallas*, *Elephas*, *&c.*

In *As* Græca Fæminina habent *Adis*, vel *ados*, ùt *Pallas*, *adis*, vel *ados*, ſic *Cyclas*, *decas*, *ilias*, *monas*, *Plejas*, *&c.*

ES.

In *Es* ſunt Fæminina, & mutant *Es* in *Is*, in Genitivo, ùt *Nubes*, *nubis*, ſic *Vulpes*, *vulpis*, *clades*, *is*, *compages*, *&c.*

Mutant *es* in *is*.
1. Maſculina *Origenes*, *Joannes*, *Ariſtoteles*, *&c.*
2. Neutra *Cacoëthes*, *Hippomanes*, *Nepenthes*.
3. *Vates*, Commune, & *torques* Dubium.

4. Fæminina, *Quies*, *inquies*, *requies*, *acies*, *ſeges*, *teges*, habent in Genitivo *etis*, ùt *Quietis*.
5. Fæminina ſunt *Merces*, *mercedis*, *Ceres*, *cereris*, *Merges*, *mergitis*, *&* *compes*, *compedis*.

6. Masculina sunt *Pes, pedis, bes, bessis, obses, obsidis, Præses, præsidis.*

7. Masculina, *Ames, Eques, cespes, coeles, pedes, fomes, stipes, gurges, trames, palmes, limes termes, poples, Satelles, veles, hospes,* habent in Genitivo *Itis,* ùt *Amitis.*

8. Masculina, *Cres, lebes, interpres, magnes tapes, aries, partes, indiges* mutant S, in *tis,* ùt *Cretis lebetis, &c.*

9. Communia, *Miles, Antistes, Comes, ales,* habent *itis,* sed *Hæres, Hæredis.*

10. Generis Omnis, *Locuples, teres, præpes, hebes, inquies,* habent in Genitivo *etis,* ùt *Locupletis.*

11. Generis Omnis, *Dives, sospes, superstes,* habent in Genitivo *itis,* ùt *divitis,.*

12. Generis Omnis sunt, *Bipes, tripes quadrupes, semipes, sonipes,* & cætera Composita, *ex pes,* habent *edis,* ùt *bipedis.* Quæ si Substantivè sumantur, istius vocis, pro qua accipiuntur, Genus habebunt.

I S.

In *Is,* sunt Fæminina, & similem Nominativo habent Genitivum, ùt *Apis, hujus apis,* sic *Auris, cutis, turris, vebis, phrasis, Genesis, Syntaxis, &c.*

Græca in *Is,* in Genitivo Latino non crescentia, Græcè faciunt Genitivum per *Eos* vel *Ios,* ùt *Genesis, Geneseos,* vel *Genesios.*

Exceptio.

Similem Nominativo habent Genitivum.

1. Masculina ista, *Panis, callis, torris, Orbis, caulis, collis, follis, axis, postis, fustis, fascis, ensis, piscis, vectis, vermis, unguis, semissis, centussis. decussis, majalis, funis, amnis, ignis, crinis, vepris, sentis, retis, natalis, juvenis, mensis.*
2. Dubia ista, *Finis, clunis, canalis, anguis, corbis. torquis, callis.*
3. Communia, *Affinis. cinis, hostis, canis. testis.*
4. Adjectiva in *Is Communia,* ùt *Exsanguis, dulcis, suavis, fortis, perennis, turpis &c.*

5. Fæ-

5. Fæminina *Iris, coronis, pixis, cassis, capis, Mæotis, aspis, jaspis, pyramis, Nereis, Phœbis, Colchis, Æneis, Thebais, Israelitis, &c.* habent in Genitivo *Idis*, vel *Idos*.

6. Fæminina sunt, *Cuspis, cuspidis, lis, litis, Opois, Opòentis*, vel *os*.

7. Masculina sunt *Glis, gliris, lapis, lapidis, semis, semissis, sangvis, sanguinis, pollis, pollinis, pulvis, pulveris, cinis, cineris, cucumis, cucumeris, vomis, vomeris, pyrois, pyròentis*, vel *os*.

YS.

In *Ys* sunt Fæminina, & habent in Genitivo *ys*, vel *Yos*, ùt *Tethys, hujus Tethys*, vel *yos*, sic *Erinnys Erinnys*, vel *Erinnyos, Chelys, Chelys*, vel *yos*.

1. Masculina *Atys, Capys, Halys, Cothys, Tiphys*, habent etiam in Genitivo *ys, vel yos*, ùt *Capys, vel Capyos*.

2. *Chlamys, chlamydis*, vel, *chlamydos, Pelamys, pelamydis*, vel *pelamydos*, sunt Fæminina.

OS.

In *Os*, sunt Masculina, & habent in Genitivo *oris*, ùt *Ros, roris*, sic *Mos, flos, honos, lepos*.

1. *Arbos, arboris*, Fæmininum, *Os, oris*, ustá, *Neutrum*.

2. Masculina sunt, *Nepos, Nepotis, Rhinoceros, Rhinocerotis*, vel *os, Ægoceros, Ægocerotis*, vel *os, Tros, Trois, Heros, Herois*, vel *os, Minos, Minois*, vel *os*.

3. *Cos, cotis, glos, glotis, dos, dotis*, sunt Fæminina.

4. *Bos bovis, Custos Custodis, Sacerdos Sacerdotis*, sunt Communia.

5. *Os ossis*, kość, est Neutrum.

6. *Exos exossis, Compos compotis, impos impotis*, sunt Generis Omnis.

7. Neutra *Chaos, Epos, melos*, Græcè per tertiam, *Chaos*. Latinè verò per secundam, *Chaos, chai, chao*, declinabis.

US,

US.

Nomina Tertiæ Declinationis in *us*, ſunt Neutra, & habent in Genitivo *oris*, ùt *Corpus corporis*, ſic *Facinus*, *pignus*, *frigus*, *pectus*, *fœnus*, *ſtercus*, *tergus*, *penus*, *pecus*, *tempus*, *littus*, *fortius*, *gravius*, *majus*, & omnia Comparativa in *us*.

Lepus, *Leporis*, eſt Maſculinum.

1. Neutra, *Acus*, *funus*, *ulcus*, *vulnus*, *onus*, *fœdus*, *viſcus*, *pondus*, *vellus*, *munus*, *opus*, *genus*, *ſcelus*, *rudus*, *olus*, *ſidus*: habent *eris*, ùt *aceris*, &c.
2. Neutra, *Plus*, *crus*, *thus*, *jus*, *rus*, *pus*, habent *uris*, ùt *pluris*.
3. *Mus*, *muris*, *tripus*, *tripodis*, vel *os*, ſic *Chytropus*, *Oedipus*, &c, ſunt Maſculina, ſed *Oedipus*, & *Polypus*, ſæpiùs ùt *Dominus* flectuntur.
4. Fæminina, *Salus*, *ſervitus* *juventus*, *ſenectus*, *virtus*, habent in Genitivo *utis*, ùt *ſalutis*.
5. Fæminina ſunt, *Tellus*, *telluris*, *palus*, *paludis*, *ſubgſcus*, *ſubſcudis*. *incus*, *incudis*, *Venus*. *Veneris*, & *Lagopus*, *lagopodis*, vel *dos*.
6. Nomina Oppidorum, *Amathus*, *Trapezus*, *Opus*, *Emaus*, habent *untis*, ùt *Opuntis*, &c.
7. *Sus*, *ſuis* Commune *Grus*, *gruis*, Dubium.
8. *Vetus*, *Veteris*, *intercus*, *intercutis*, ſunt Adjectiva unius Terminationis Generis Omnis.

AUS, & ÆS.

1. *Laus*, *laudis*, *fraus*, *fraudis*, ſunt Fæminina.
2. *Æs*, *æris*, eſt Neutrum, *Præs*, *prædis*, Maſculinum.

BS, MS, PS.

1. Exeuntia in *Bs*, *Ms*, *Ps*, ſunt Fæminina, & mutant *S*, in *Is*, in Genitivo, ùt *Plebs*, *plebis*, ſic *Hyems*, *hyemis*, *ſtirps*, *ſtirpis*, *Urbs*, *Urbis*.

1. For-

1. *Forceps, forcipis*, Fæmininum, *Manceps, mancipis*, Masculinum, & *Princeps, Principis*, Commune.
2. Masculina, *Hydrops, Cyclops, Æthiops, Arabs, chalybs, gryps, seps*, mutant *S*, in *Is*, ut *Cyclops, cyclopis*, &c.
3. *Scorbs, scorbis, stirps, stirpis*, pro *trunco*, sunt Dubia & *adeps, adipis*.
4. *Auceps, aucupis, calebs, calibis, municeps, municipis*, sunt Communia.
5. *Anceps, ancipitis, biceps, bicipitis* sic *Praceps, pracipitis, triceps tricipitis, particeps, participis, inops, inopis*, sunt Generis Omnis.

LS. NS. RS.

In *LS, NS, RS*, sunt Fæminina, mutant *S*, in *Tis*, in Genitivo, ùt *Puls, pultis*, sic *Frons, ars, mens, bidens, mors, continens, consonans*, &c.

Mutant *S*, in *Tis*, in Genitivo hæc

1. Masculina, *Mons, pons, fons, dens, bidens, tridens, rudens, dodrans, dextrans, confluens, profluens, torrens, oriens, occidens cliens, quadrans*.
2. Neutra, *Ens, accidens, antecedens, consequens, decens, indecens, conveniens, præsens*, &c.
3. Communia, *Parens, adolescens, infans*.
4. Generis Omnis, *Expers, iners, solers, consors, sons, insons, negligens diligens*, &c.
5. *Serpens, serpentis*, est dubium.

Participialia *hic* enumerata, si Adjectivè sumantur, erunt Generis Omnis, ùt *Oriens, occidens*.

1. *Glans, glandis, juglans, juglandis, frons, frondis, lens, lendis*, sunt Fæminina.
2. *Nefrens, nefrendis, libripens, libripendis*, sunt Masculina.
3. *Concors, concordis, discors, discordis, Vecors, Vecordis*, sunt Generis Omnis.
4. *Iens, euntis, quiens, queuntis*, cum Compositis sunt Generis Omnis, sed *Ambiens, ambientis* facit.

AX, & AUX.

1. In *Ax* ſunt Fæminina, & habent in Genitivo *acis*, ùt *Pax*, *pacis*, *fax*, *facis*, *fornax*, *fornacis*, *ſextax*, *ſextacis*.
2. *Faux*, *faucis*, eſt Fæmininum, *Trifaux*, *trifaucis*, eſt Generis Omnis.

1. Habent in Genitivo *Acis*, hæc Maſculina, *Thorax*, *Ajax*, *Arctophylax*, *Thrax*, *Phaax*, *abax*, *colax*, & *miſtax*.
2. Generis Omnis Adjectiva, *Audax*. *vivax*, *edax*, *bibax*, *tenax*, *mordax*, &c. habent in Genitivo *acis*:
3. *Harpax*, *harpagis*, *Aſtyanax*, *aſtyanactis*, ſunt Maſculina.

EX.

In *Ex* ſunt Maſculina, & habent in Genitivo *icis*, ùt *Codex*, *codicis*, ſic *Frutex*, *latex*, *caudex*, *index*.

Habent in Genitivo *icis* hæc
1. Fæminina, *Vibex*, *carex*, *ilex*, *forfex*.
2. Communia, *Judex*, *Index*.
3. Dubia, *Silex*, *obex*, *pomex*, *cortex*, *imbrex*.
4. Generis Omnis, *multiplex*, *duplex*, *triplex*, &c.

5. *Rex*, *Regis*, *Grex*, *gregis*, *aquilex*, *aquilegis*, *vervex*, *vervecis*, *remex*, *remigis*, ſunt Maſculina, *Senex*, *ſenis*, *exlex*. *exlegis*, eſt Generis Omnis.
6. *Nex*, *necis*, *fex*, *fecis*, *Lex*, *legis*, *ſupellex*, *ſupellectilis*, ſunt Fæminina.

Sex Plurale indeclinabile eſt Generis Omnis.

IX, & YX.

In *Ix*, ſunt Fæminina, & habent in Genitivo *icis*, ùt *pix*, *picis*, ſic *Cervix*, *radix*, *perdix*, &c.

1. *Nix*,

1. *Nix*, *nivis*, *styx*, *stygis*, *stryx*, *strygis*, *mastyx*, *mastygis*, sunt Fæminina.
2. Mutant *X*, in *Cis*, hæc Masculina, *Spadix*, *Phœnix*, *fornix*, *cladix*, *varix*, *natrix*, *calix*, *Eryx*.
3. Adjectiva Generis Omnis, *Felix*, *pernix*, *trilix*, *spadix*, mutant, *X*, in *cis*.
4. *Onyx*, *onychos*, *sardonyx*, *sardonychos*, *Japyx*, *Japygis*, *Phryx*. *Phrygis*, *Homeromastyx*, *homeromastygis*, & alia ex *Mastyx*, Composita sunt Masculina.

OX.

Nomina in *Ox*, sunt Fæminina, & habent in Genitivo *ocis*, ùt *Vox*, *vocis*, *celox*, *celocis*.

1. *Atrox*, *velox*, *solox*, *præcox*, *ferox*, habent *ocis*, in Genitivo, sed sunt Generis Omnis.
2. Masculina sunt, *Allobrox*, *allobrogis*, *Cappodox*, *cappadocis*, *volvox*, *volvocis*.
3. *Nox*, *noctis* est Fæminiuum.

UX.

In *ux* sunt Fæminina, & habent in Genitivo *ucis*, ùt *Nux*, *nucis*, *Lux*, *lucis*, *Crux*, *Crucis*.

1. *Dux*, *Ducis*, est Commune, *Frux*, *frugis*, Fæmininum.
2. Masculina sunt, *Pollux*, *pollucis*,, *redux*, *reducis*, *tradux*, *traducis*.
3. *Trux*, *trucis*, est Generis Omnis.

LX, NX, RX.

Habentia Consonantem ante *X*, sunt Fæminina, & mutant *X*, in *cis*, ùt *falx*, *falcis*, sic *lanx*, *arx*.

1. *Conjux*, *conjugis*, est Commune.
2. *Deunx*, *deuncis*, sic *quicunx*, *&c.* sunt Masculina.
3. Fæminina sunt, *Sphynx*, *sphyngis*, *Syrinx*, *syringis*, *Phalanx*, *phalangis*.

De Da-

De Dativo, Accusativo, Vocativo, & Ablativo Singulari Tertiæ Declinationis.

Tertiæ Declinationis Singularis.

1. Dativus exit in *I*, ùt *huic lepori*.
2. Accusativus exit in *Em*, ùt *hunc leporem*.
3. Vocativus similis est Nominativo, ùt *o Lepus*.
4. Ablativus exit in *E*, ùt *ab hoc Lepore*.

Exceptio Accusativi.

Accusativum Singularem formant

1. Per *Im*, tantùm Nomina ista, *Vis, amussis, cucumis, pelvis, sinapis, securis, strigilis, tussis, mephitis*.
2. Per *Em*, vel *im*, ista *Aqualis, clavis, febris, lens, lentis, navis, puppis, restis, sementis, turris, canabis*.
3. Per *Im*, vel *In* Græca in *Is*, finitá Genitivum similem Nominativo apud Latinos habentia, ùt *Genesim*, vel *in*. *Syntaxim*, vel *in*.
4. Per *ym*, vel *Yn*, Græca in *Ys* finita in Genitivo *os* purum habentia, ùt *Halym*, vel *yn Capym*, vel *yn*, &c.
5. Per *Em*, vel *A*, Græca in Genitivo crescentia ùt *àërem*, vel *àëra*, *atherem*, vel *ra*, *Heroëm*, vel *Heroa*, &c. præter *Pan*, *Pana*, non *Panem*;
6. Quadrupliciter 1. per *Em*, 2. per *A*, 3. per *Im*, 4. per *In*. hæc Nomina *Paris*, *Iris*, *Isis*, *Alexis*, *Daphnis*, *Osyris*, *Tygris*, *Zeuxis*, *Adonis*, *Agis*, & alia in *Is* finita, duos Genitivos unum in *Os* purum, alium in *Os* impurum: Græcè habentia accentu in ultima carentia ùt *Paridem*, vel *Parida*, vel *Parim*, vel *Parin*.

1. In quibusdam Nominibus in Accusativo *N*, pro *M*, ponitur Euphoniæ causâ, ùt *Moysem* vel *Moysen*, &c.
2. Accusativus Græcorum in Genitivo *Os* purum habentium desinens in *Im*, vel *In*, item *Ym*, vel *Yn*, syllabarum numerô Nominativo, non verò Genitivo, debet esse æqualis, ùt *Genesis, geneseos, genesim*, vel *genesin*, non *genesiim*.

1. Græ-

1, Græca in *Ys*, *Vs*, item *As*, formantia Genitivum per *Antis*, duplicem possunt habere Vocativum. Primò similem Nominativo. Secundò depositâ literâ S, ùt ô *Simois*, *Tethys*, *Melampus*, *Pallas*, vel ô *Simoi*, *Tethy*, *Melampu*, *Palla*, item ô *Chremes*, *Laches*, *Socrates*, *Vlysses*, vel ô *Chreme*, &c.

Exceptio Ablativi.

Ablativum Singularem, formant per *i*, tantùm, Nomina

1. Substantiva Neutra, in *Al*, *Ar*, *E*, desinentia, ùt *Animali*, *calcari*, *cubili*.
2. Mensium, ùt *Ab aprili*, *Septembri*, *Novembri*, &c
3. Adjectiva habentia in Nominativo Neutrum per *E*, ùt *à forti*, *acri*, *gravi*, *suavi*, &c.
4. Accusativum per *Im*, tantùm vel per *Im*, & *In*, simul habentia, ùt *ab hac vi*, *siti*, *genesi*, &c.
5. Ista quatuor, *Strigili*, *canali*, *memori*, *immemori*.

Ablativum Singularem formant per *I*, & *E*. simul Nomina

1. Quorum Accusativus per *Em*, vel per *Im*, simul exit, ùt *Turri*, *vel turre*, *à navi*, *vel nave*
2. Ista *Amnis*, *ignis*, *vectis*, *anguis*, *unguis*, *vigil*, *avis*, *civis*, *imber*, *pugil*, *supellex*, *finis*, *fustis*, *postis*.
3. Verbalia in *Trix*, Adjectivè sumpta, ùt *à victrici*, *vel victrice*, *ultrici*, *vel ultrice*.
4. Gentilitia in *as*, ùt *ab Arpinate vel Arpinati*.
5. Adjectiva non habentia Neutrum per *E*, ùt *à felice*, *vel felici*, *fortiore*, *vel fortiori*, &c.

Excipe *Hospite*, *sospite*, *paupere*.

De Plurali Numero.

1. Nominativus, Accus: & Voc: Pluralis Tertiæ Decli: Nominis.

1. Alterius à Neutro exit in *Es*, ùt *Lepores*,
2. Neutrius Ablativum habentis in *E* tantùm, terminatur in *a*, ut *Ora*, *corpora*, *capita*, *flumina*, &c.
3. Neutrius Ablativum habentis in *I*, vel *I* & *E* simul, terminatur in *ia*, ùt *Animalia*, *felicia*, &c.

Vetus,

Vetus, bicorpor, tricorpor, & Comparativa Neutra omnia formant Nominativum, Accusativum Pluralem in *ra*, ùt *Meliora*.

Græca apud Latinos in Genitivo Singulari crescentia Accusativum Pluralem formant per *Es*, vel *As*, ùt *Heroës*, vel *Heroas*, *crateres*, vel *crateras*, *Martyres*, vel *Martyras*.

De Genitivo Plurali Tertiæ Declinationis.

2. Genitivus Pluralis Tertiæ Declinationis desinit in *um*, ùt *Patrum*, *Fratrum*, &c.

Exceptio.

Genitivū Pluralem formant per *Ium* Nomina.

1. Quibus est Ablativus in *I*, aut in *I*, & *E*, simul, ùt *Animalium*, *cubilium*, *fortium*, *ignium*.
2. In *es*, & *is* Genitivô non crescentia, ùt *nubiū*.
3. Monosyllaba, ùt *Cordium*, *artium*, *gentium*, &c.
4. Pluralia tantùm, ùt *manium*, *trium*, *manium*.
5. *Ns* finita, ut *Animantium*, *audientium*, &c.
6. Ista, *Caro*, *Venter*, *linter*, *uter*, *cohors*, *quicunx*.
7. Gentilitia, ùt *Samnitium*, *Arpinatium*.

Subexceptio.

Genitivū Pluralem formant per *um*

1. Comparativa omnia, ùt *Majorum*, *fortiorum*.
2. Ista, *Supellex*, *Memor*, *Vetus*, *Vigil*, *particeps*, *dives*, *degener*, *uber*, *puber*, *compos*, *impos*, *consors*, *inops*.
3. Ista, *Vates*, *Volucris*, *juvenis*, *canis*, *Panis*, *strigilis*.
4. Ista, *Ren*, *splen*, *bos*, *flos*, *mos*, *fur*, *pes*, *crus*, *Rex*, *lex*, *Dux*, *nux*, *Vox*, ùt *Vocum*, *ducum*, &c
5. Ista, *Proceres*, *lemures*, *preces*, *opes*.
6. Ista, *Aras*, *Arabs*, *Æthiops*.

Observationes.

1. Interdum Genitivus Pluralis Tertiæ Declinationis admittit Syncopen, aut etiam Epenthesim, ùt *Prudentûm prudentium*, *Parentûm*, *Parentium*, *arrogantûm arrogantium*, *Alitum alituum*. *Calitum*, *Calituum*, &c.

2. Græca omnia *Os*, Genitivi Singularis mutant in Genitivo Plurali apud Græcos in *On*, apud Latinos in *um*, ùt *Lampas*, *hujus lampados*, *harum lampadon*, vel *Lampadum*.

De Dativo & Ablativo Plurali.

3. Dativus & Ablativus Pluralis Tertiæ Declinationis desinit in *Ibus*, ùt *Leporibus*, *&c.*

4. *Bos*, habet *bobus*, vel *bubus*, in Dativo & Ablativo Plurali.

5. Neutra in *A*, Tertiæ Declinationis, Dativum & Ablativum Pluralem dupliciter formant, primô per *Tis*, secundò per *Ibus*, sed per *Tis* elegantiùs, ùt *Commatis*, vel *commatibus*.

De Deficientibus Numerô.

Nomina Tertiæ carentia

- Plurali Masculina sunt ista, *aër*, *æther*, *sopor*. *nemo*.
- Plurali Fæminina sunt ista, *Indoles*, *proles*, *lues*, *strues*, *tabes*, *labes*, *salus*, *tellus*, *pax*.
- Plurali Neutra sunt ista, *Gausape*, *Nepenthes*, *cacoëthes*, *hyppomanes*, *fel*, *jubar*, *gluten*.
- Singulari masculina sunt ista, *Calites*, *Penates*, *lemures*, *manes*, *antes*, *proceres*, *annales*, *fasces*, *casses*, *pugillares*.
- Singulari Fæminina sunt ista, *Tralles*, *Gades*, *Alpes*, *&c.*
- Singulari Neutra sunt ista, *Altaria*, *Mania*, *Saturnalia*, *Bacchanalia*, *Feralia*, *Floralia*, *&c.*

CAPUT VIII.

De Quarta Declinatione.

1. Nomina Quartæ Declinationis in
   - 1. *Us*, sunt Masculina, ùt *Fructus*, *sensus*, *arcus*, *&c.*
   - 2. *U*, sunt Neutra omnia, ùt *cornu*, *gelu*.

1. Fæminina sunt, *Manus*, *quercus*, *acus*. *anus* *tribus*, *porticus*, *socrus*, *nurus*, *domus*, & Plurale, *Idus*.

2. *Specus*, *Penus* sunt dubia, sed *penus* & *gelu*. carent Plurali.

2. Quar-

2. Quarta Declinatio terminat.

Singularem.
1. Nominativum, Genitivum, & Vocativum in *us*, ut *hic*, *hujus*, *ô fructus*.
2. Dativum, in *ui*, ùt *fructui*.
3. Accusativum in *um*, ùt *fructum*.
4. Ablativum in *u*, ùt *fructu*.

Pluralem.
1. Nominativum, Accusati & Vocative in *us*, ùt *hi*, *hos*, *ô fructus*.
2. Genitivum in *uum*, ùt *fructuum*.
3. Dativ: & Ablat: in *ibus*, ùt *fructibus*.

1. *JESUS* Sanctissimum *Nomen* sic declinatur. *Hic JESUS*, *hujus JESU*, *huic JESU*, *hunc JESUM*, *ô JESU*, *ab hoc JESU*.

2. Desinentia in *V*, in omnibus Casibus, Singularibus, unam habent terminationem scilicet *V*, in Plurali verò tres, in Nominativo, Accusativo, & Vocativo *A*, in Genitivo *Vum*, in Dativo & Ablativo, *Ibus*, ùt *Cornu*, *cornua*, *cornuum*, *cornibus*, præter *Veru Verubus*.

3. *Specus*, *artus*, *arcus*, *lacus*, *partus*, *tribus*, *acus*, *portus*, *quercus*, Dativum & Ablativum Pluralem formant per *ubus*. ùt *specubus*, *&c*.

CAPUT IX.

De Quinta Declinatione.

Nomina Quintæ Declinationis sunt Fæminina, ùt *Res*, *spes*, *&c*. præter *hic vel hæc dies*, *hi dies*, *hic meridies*.

2. Quinta Declinatio format

Singularem.
1. Nominativum & Vocativum per *Es*, ùt *Res*.
2. Genit: & Dativ, per *Ei*, ùt *Rei*.
3. Accusativum per *Em*, ùt *Rem*.
4. Ablativum per *E*, ùt *Re*.

Pluralem.
1. Nom: Accus: Vocat: per *Es*, ùt *Res*.
2. Genitivum per *Erum*, ùt *Rerum*,
3. Dativum & Ablativum per *Ebus*, ùt *Rebus*.

CAPUT

CAPUT X.

De Heteroclitis.

Heteroclita Nomina sunt quæ in declinando ista quinque Accidentia, Genus, Declinationem, Numerum, Casum, & terminationem, *in recto cum Analogis, non servant eadem & similia.*

Hete-roclita
- Variantia, 1. Declinationem, 2. Genus. 3. Genus, & Declinationem.
- Deficientia Numerô Singularî aut Pluralî. Item Casu Aptota, Monoptota, Diptota, Triptota.
- Abundantia. 1. Terminatione. 2. Declinatione. 3. Genere & Declinatione.

Variantia Genus.

1. Hæc Nomina, *Avernus, Dindymus, Gargarus, Ismarus, Manalus. Massicus, Pangæus. Tænarus, Tartarus*, in singulari sunt Masculina, & ùt *Dominus*, in Plurali Neutra & ùt *Scamna*, declinantur, *Hæc Pergamus*, ùt *Fagus, hæc Pergama, Pergamorum*, ùt *Scamna, orum.*
2. *Hic locus, jocus*, ùt *Dominus*, In Plurali, *hi loci, joci*: ùt *Domini*, & *hæc loca, joca*, ùt *Scamna.*
3. *Hoc Cœlum*, ùt *Scamnum*, in Plurali, *hi Cœli*, ùt *Domini.*
4. *Hoc Frenum, rastrum*, ùt *Scamnum*, in Plurali, *hæc frena, rastra*, ùt *Scamna*, & *hi freni, rastri*, ùt *Domini.*
5. *Argos*, in Singulari Neutrum Indeclinabile, in Plurali verò Masculinum, ùt *Domini.*

Variantia Declinationem.

1. *Hoc jugerum, jugeri jugero*, in Singulari est Secundæ, in Plurali Tertiæ, *hæc, jugera jugerum, jugeribus.*
2. *Hoc Vas, vasis, vasi, vase*, in Singulari est Tertiæ, in Plurali Secundæ, *hæc Vasa, vasorum, vasis*

Variantia Genus & Declinationem.

1. Artium Nomina. ùt *Rhetorica, Ethica, Politica, Physica, &c.* in Singulari sunt Fæminina Primæ, in Plurali, *Hæ Rhetoricæ, Rhetoricarum*, & *hæc Rhetorica, Rhetoricorum* Secundæ.

DEFICIENTIA NUMERO

Carent Numerô plurali Nomina.
1. Metallorum, ùt *Aurum, Argentum, &c.* præter *Æra, electra, Stanna, Orichalca.*
2. Frumentorum, ùt *Triticum, filigo, &c.* præter *Avena, hordea.*
3. Herbarum, ùt *Hyssopum, &c.* præter *Lilia, rosa.*
4. Liquorum, ùt *lac, acetum, oleum, &c.* præter *Vina, musta.*
5. Rerum, quas netimur aut ponderamus, ùt *piper, crocus, butyrum,* præter *mella.*
6. Multa ætatum, virtutum & vitiorum.

Annotatio. *Nomina Propria carent Numerô Plurali secundùm quosdam Grammaticos, ùt* Petrus, Anna, *sed contraria opinio Verior, esse Videtur, ùt exempla docent. Cicero dixiti* tres Joves, quatuor Veneres, trium Antoniôrum, Paulos, Catones, Scipiones. *Ovidius:* Multos Hectores. *Martialis:* duos Senecas, *Juvenalis,* Curios simulant, Linacer Lib: 6. *in sinchisi, jubet illorum superstitionem redarguere, qui docent propria Nomina plurali carere* Despauterius Lib: 3. talia de hac re scribit verba: *Quando plures ejusdem Nominis aut similes significare Volumus homines, possumus uti plurali ùt Antonii, Scipiones, Platones, & Adjectiva, addere ùt in Appellativis, Veluti tres Antonii, multi Hectores, non ùt Grammatistæ Volunt, duos quorum uterq; dicebatur Petrus, aut triplicem Petrum, nisi tricorporem aut triplicem significaveris, qualem Cerberum aut Gerionem fuisse fabulantur Poëta,*

Deficientia Casu.

1. Aptota, id est indeclinabilia sunt, quæ non declinantur, ùt *Pondo, nihili, tot, quot, quatuor, quinque, sex septem, &c*
2. Monoptota, id est quæ in uno Casu reperiuntur, sunt hæc: *Exspes,* in Nominativo. *Dicis,* in Genitivo, *inficias, inferias, incitas,* in Accusativo, *Jussu, permissu, nauci, noctu, promptu,* in Ablativo.
3. Diptota id est, quæ in duobus Casibus reperiuntur, sunt ista *Tantundem, tantidem, suppetiæ, suppetias, fors, forte, macte macti, spontis sponte, repetundarum, repetundis.*
4. Triptota, quæ in tribus Casibus reperiuntur, sunt ista, *Opis, opem, ope, precis, precem, prece.* Adau-

Abundantia Nomina.

1. Abundans Nomen est, quod in eadem significatione recipit diversam seu Terminationem, seu Declinationem, seu aliquod aliud attributum.
2. *Domus* tum Secundæ, tum Quartæ est Declinationis, sed in secunda caret Vocativô Singularî. Item Nominativô & Ablativô Pluralî, in Quarta verò tantùm caret Ablativô Singularî.
3. *Vulgus* in Accusativo *hoc Vulgus, & hunc Vulgum.*
4. Hæc quinque *Colus, Cornus, Laurus, Platanus, Pinus,* declinantur in utroque Numero integrè, ùt *Fagus* & præte rea ex quarta, habent omnes illos Casus utriusque Numeri, qui desinunt in *us, um, u.*
5. *Ficus* pro *morbo* est Masculinum secundæ tantùm, pro *arbore* verò vel *fructu*, est Fæmininum. tum Secundæ, tum Quartæ, & ubiq; integrè declinatur. sed Dativô & Ablativô Pluralî in Quarta caret.
6. Hæc duo *Quercus, lacus,* declinantur in utroqué Numero integrè ùt *Manus* & præterea ex secunda habent Casus, in I desinentes, *Quercus* verò habet etiam Genitivum Pluralem *quercorum.*
7. Neutrum *Pecus pecoris,* & Fæmininum *pecus, pecudis,* abundant & Genere & Casibûs obliquîs.
8. *Penus* Singulare tantùm, in Quarta est dubium, in Secunda Masculinum, *Penus*, utriusqué Numeri Tertiæ est Neutrum, *Penum*, Singulare tantùm est Neutrum secundæ, *Penu* est Singulare indeclinabile Neutrum Quartæ.
8. *Specus* est Dubium Quartæ integrum, dicitur etiam *Hoc specus & hoc specus*, in Nominativo, Accusativo, & Vocativo: item *hoc specus* Neutrum indeclinabile.
10. Terminatione Abundantia sunt ista, *Apes apis, torques, torquis, honor, honos, papyrus, um, pileus, um, tonitrus, tonitru, scorpius. scorpio, pavum, pave. rapa, rapum. necessitas, necessitudo, luxuria, luxuries. materia, materies, ganea, um eventus, um, cantus, cantio, cantilena, canticum, &c.* Item Adjectiva, *imbecilis*, vel *imbecilus, saluber,* vel *salubris, &c.*

CAPUT XI.

De Compositis & Patronymicis.

Nomina Composita ex

1. Nominativis duobus integris declinabilibus utrumque declinant Nominativum ita, ùt extra Compositionem, ùt *Respublica, Reipublicæ, Rempublicam, jusjurandum, jurisjurandi, jurijurando,* excipe *Leopardus, leopardi, leopardo.* &c.
2. Nominativo & Genitivo, aut ex Genitivo & Nominativo itemqué ex parte declinabili & Nominativo, tantùm Nominativum flectunt, & quædam quidem simplicis sui retinendo Declinationem, ùt *Paterfamilias Tribunusplebis, Ludimagister, infinitus,* &c. Quædam verò novam adsciscendo, ùt *Capricornus capricorni, exsangvis, hujus exsangvis, huic exsangvi* non *exsangvinis.*
3. Genitivis duobus non declinantur.
4. Dictionibus duabus utrisqué corruptis, vel una, tantùm secundùm Terminationem sunt declinanda. ùt *Centimanus, centimani,* sic *armiger, opifex, omnipotens.* &c.

In *Alteruter* posterior tantùm pars declinatur, præter Genitivum *Alteriusutrius* & *alterutrius.*

Rosmarinus dupliciter f. *rosmarini* vel *rorismarini.*

De Patronymicis.

Patronymica

1. A propriis ferè Nominibus Patrum, Avorum, Proavorum, Fratrum, Matrum, Sororum, Regum, Regionum, Montium, &c: derivantur, ùt *Priamides, Atlantiades.*
2. Habent quatuor Terminationes *As, Es, Is, Ne,* ùt *Æetias. Pelides. Æneis. Nerine.*
3. In *Es,* sunt Masculina Primæ ùt *Hippotades, Æneades* & declinantur ùt *Anchises.*
4. In *As.* & *Is,* sunt Fæminina Tertiæ, ùt *Phaëtontias Colchis, Sicelis, Æneis.*
5. In *Ne.* sunt Fæminina Primæ, ùt *Neptunine, Adrastine,* & declinantur ùt *Ode.*

CAPUT

CAPUT XII.

DE PRONOMINE.

Quid est Pronomen? *Est vox declinabilis locô Nominis posita, Personam significans*, ùt ego, tu, ille.

Quot sunt Pronomina simplicis Figuræ? *Octodecem* *Ego, Tu, Sui, Hic, Iste, Ille, Ipse, Is, Quis, Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester, Nostras, Vestras, Cujas, Cujus.*

Quot sunt Pronominis

1. Accidentia? *Octo?* Figura, Species, Qualitas, Persona, Genus, Declinatio, Numerus, Casus.
2. Figuræ? *Tres?* Simplex, ùt *Ego*, Composita, ùt *Egoipse*, Decomposita, ùt *Egometipse.*
3. Species? *Duæ:* Primitiva, ùt *Ego, Tu, Sui*, Derivativa, ùt *Meus, Tuus, Suus.*
4. Personæ? *Tres:* Prima ùt *Ego, Nos*, Secunda, ùt *Tu Vos*, Tertia, ùt *Ille, Illi.*
5. Genera? *Quatuor:* Masculinum, Fæmininum, Neutrum, Omne.
6. Declinationes? *Quinque:* 1. 2. 3. 4. 5.
7. Numeri? *Duo:* Singularis, & Pluralis.
8. Casus? *Sex:* Nominativus, Genitivus, Dativus, Accusativus, Vocativus, Ablativus.

Pronomina Declinationis

1. Primæ, sub Terminatione Secunda, sub Prima verò & Tertia, Secundæ; sunt decem: *Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester, Hic, Is, Iste, Ille, Ipse.*
2. Tertiæ, sunt ista, tria, *Nostras, Vestras, Cujas*, quæ sunt Generis Omnis.
3. Quartæ hæc sunt duo, *Qui* & *Quis*, cum Compositis, ùt *Quivis, quilibet, quisq; &c.*
4. Quintæ sunt ista tria, *Ego, Tu, Sui.*

Admonitio. *Majoris facilitatis gratiâ tot assignantur, Declinationes Pronominum, quot sunt etiam in Nomine & ad eas revocata sunt quædam ex Pronominibus, quarum in declinando magis videntur sequi Analogiam, quomodo autem singula Pronomina sint declinanda, clarè in Tyrocinio docetur.*

OBSERVATIONES.

1. Omnia Pronomina ferè Vocativis careant, præter quatuor: *Tu, Meus, Noster, & Nostras.*
2. *Sui* eodem modo in utroque Numero declinatur, sed caret Nominativô.
3. *Meus* in Vocativo habet *mi* non *mee*.
4. Possessiva Pronomina, id est quæ Possessorem indicant, sunt quinque, *Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester.*
5. Gentilia Pronomina, id est quæ gentem aut sectam significant, sunt duo: *Nostras* & *Vestras.*
6. Interrogativa Pronomina sunt tria: *Quis, Cujus, Cujas.*
7. Reciproca Pronomina sunt duo: *Sui* & *Suus*, quæ ad eandem tertiam Personam redeunt.
8. Relativa Pronomina, id est quæ rem priùs dictam commemorant sunt ista: *Qui. Hic, Iste, Ille. Ipse, Is, Idem.*
9. Demonstrativa Pronomina sunt hæc: *Ego, Tu, Hic, Iste, Ille. Ipse, Is.*

ANNOTATIONES.

Quis habet ista Composita: *Quisnam, quisquis, quisquê, quisquam, quispiam, aliquis, siquis, nequis, ecquis, unusquisquê, ecquisnam,* quorum Fæminina in Nominativo Singulari & Plurali, item quoq; Neutra in Plurali per Æ diphthongum finiuntur: præter *aliqua, siqua, nequa,* in Fæminino Singularia & Neutro Pluralia at in Plurali Fæmininum *Aliquæ, siquæ, nequæ. Ecquis,* habet *ecqua,* vel *ecquæ* in Genere Fæminino.

Quicum, pro Ablativo *cum quo, cum qua, cum quo,* eleganter ponitur; sive sit Relativum, sive Interrogativum. Ter. *Qui cum Plius loquitur.*

Quid cum suis Compositis est Substantivum Neutrum, *Quis* verò cum suis est Adjectivum.

CAPUT

CAPUT XIII.

DE VERBO.

Quid est Verbum? *Est vox per modos, Tempora, Numeros & Personas flexibilis,* ùt Sum, Amo, Amor, &c.

Quotuplex est Verbum ratione	1. Personæ: *Duplex:* Personale & Impersonale.
	2. Conjugationis? *Duplex:* Analogum & Anomalum (*quorum utrumquè adhuc esse triplex statuitur* Abundans, Defectivum, & Medium.
	3. Constructionis? *Duplex:* Absolutum & Transitivum.
	4. Rei significatæ? *Triplex:* Substantivum Vocativum & Adjectivum.

Admonitio. *Ut ad Interrogationem istam,* Quale est Verbum? *Statim Puer respondere queat, opus erit ipsi priùs indicare, ratione cujus ea interrogatio fiat, scilicet an ratione* Personæ? *an ratione* Conjugationis? *an ratione* Constructionis? *an denique ratione* Rei significatæ.

Quid est Verbum	1. Personale? *Quod per tres Personas in utroque Numero conjugatur,* ùt Amo, amas, amat, Amamus, amatis, amant.
	2. Impersonale? *Quod tantùm per unam Personam tertiam in Numero singulari flectitur,* ùt pudet, piget, pœnitet, statur, &c.
	3. Analogum? *Quod in præsenti & ejus Derivativis omnes Personas eodem & solito modo inchoat, terminat, & crescere facit,* ùt Do Scribo.

Quid

Quid est Verbum

4. Anomalum? *Quod in præsenti & ejus Derivativis, omnes Personas eodem & solitò modò, aut non inchoat, aut non terminat, aut crescere non facit, ut* Sum, Fero, Volo.

5. Abundans? *Quod manente eadem significatione, plures, quàm unam habet aut terminationes, aut Conjugationes, aut Præteriti vel Supini Formationes, de quibus vide* Cap: 15. 16. 17. & 18.

6. Defectivum? *Quod caret, aut Modo, aut Tempore, aut Personâ, aut Præteritô, aut Supinô.*

7. Medium? *Quod nec abundat, nec caret ullo accidente, manente eadem significatione.*

8. Absolutum? *Quod præter Casum alicujus circumstantiæ, ut loci, temporis, &c. item cognatæ significationis nullum alium post se regit, ut* Sto, sedeo, eo, maneo.

9. Transitivum? *Quod præter casum alicujus circumstantiæ ut loci, temporis, &c. item cognatæ significationis etiam alios admittere potest, ut* Lego, scribo, fero, &c.

10. Substantivum? *Quod rem esse significat, sunt autem Verba Substantiva quatuor:* Sum, fio, forem, existo.

11. Vocativum? *Quod Nomen rei exprimit, sunt autem quinque Verba Vocativa;* Vocor, apellor, nominor, dicor, nuncupor.

12. Adjectivum? *Quod aliquod rei accidens, aut proprietatem declarat. Sunt autem Verba Adjectiva, omnia alia præter Substantiva & Vocativa.*

Annotatio 1. *Errant, qui* Gigno, genui, genitum. Sterno, stravi, stratum. Do, dedi, datum. *& cætera similia dicunt esse Verba Anomala, Nam Verbum Anomalum, non illud est, cujus præteritum aut Supinum ab alia Syllabâ incipit, & ab alia Præsens. sed illud tantùm quod Personas Præsentis & ejus Derivativorum, aut in initiô, aut in medio, aut in fine mutat, qualia sunt.* Sum, Fero, Volo. &c.

Annotatio 2. *Strictè loquendo ferè omnia Verba apud Latinos sunt Defectiva; quum omnium nonnulla Tempora ex Participio & Verbo* Sum, *suppleantur.*

De Accidentibus Verbi.

Quot sunt in Verbo.

1. Accidentia? *Octo*: Figura, Species, Genus, Conjugatio, Modus, Tempus, Numerus, Persona.
2. Figuræ? *Tres*: Simplex ùt *Rogo*, Composita ùt *Porrigo*, Decomposita, ùt *Exporrigo*.
3. Species? *Duæ*: Primitiva, ùt *Rogo*, Derivativa, ùt *Rogito*.
4. Genera? *Quinque*: Activum, Passivum, Neutrum, Deponens, Commune.
5. Conjugationes? *Quatuor* Prima, Secunda, Tertia, Quarta, *harum quælibet est duplex*: Analoga & Anomala. Analoga, *Verbi Analogi*. Anomala, *Verbi Anomali*.
6. Modi *Septem*: Indicativus, Imperativus, Subjunctivus, Optativus, Potentialis, Permissivus, & Infinitivus.
7. Tempora? *Quinque*: Præsens, Præteritum imperfectum, Præteritum perfectum, Præteritum plùs quàm perfectum, & Futurum.
8. Numeri? *Duo*: Singularis & Pluralis.
9. Personæ? *Tres*: Prima, ùt *Amo*, Secunda, ùt *Amas*, Tertia, ùt *Amat*.]

Verbum desinens in
- 1. O, cui R, addi
  - 1. Potest, est Activum, ùt *Amo, lego, emo*,
  - 2. Non potest, est Neutrum, ùt *Ego, studeo*,
- 2. M, est Neutrum, ùt *Sum, adsum, prosum*.
- 3. Or si ex eo Activum.
  - 1. Fit est Passivum, ùt *Amor, legor*.
  - 2. Non fit & significat agere tantùm est Deponens, ùt *Rixer*, si verò significat age- & pati simul, est Commune, ùt *Osculor*.

CAPUT XIV.

De Præteritis Regulæ Generales.

1. Verbum Compoſitum, ita format ſuum Præteritum & Supinum, ſicut Verbum ſimplex, & juxta eandem Regulam: ùt *Perlego*, *perlegi*, *perlectum*, ſicut *Lego*, *legi*, *lectum*.

Sunt nonnulla Compoſita, quæ ſuum Præteritum & Supinum formant aliter, quàm Verbum ſimplex, ùt *Intelligo*, *intellexi*, *intellectum*, licèt *Lego*, *legi*, *lectum* habeat.

2. Licèt ſimplex Præteriti principium geminet, tamen Compoſitum non debet geminare: ùt *Pello*, *pepuli*, *pulſum*, *repello*, *repuli*, non *repepuli*.

Præcurro item *repungo* & Compoſita Verbi *diſco*, *poſco*, geminant Præterita ſuorum ſimplicium: ùt *Præcucurri*, *repupugi*, *edidici*, *repopoſci*.

3. Quæcunqué carent Præteritô, carent etiam & Supinô, & Participiis à Supino deſcendentibûs, itemqué Verbalibûs, ùt Neutrum *Gliſco*, & Deponentia *Reminiſcor*, *Veſcor*, *&c.*

Verbum Paſſivum.

1. Præterita ſua in qualibet Conjugatione componit ex Præterito Participii & Verbo *Sum* ùt *Amor amatus ſum vel fui*, *Legor lectus ſum vel fui*.
2. Caret Præteritô quando ejus Activum caret Supinô, ùt *Diſcor*, *metuor*.
3. Tot habet Præterita, quot in Activo ſunt Supina, ùt *Lautus*, aut *lotus*, aut *lavatus ſum vel fui*.

4. Supina Deponentium ex ipſorum Præteritis cognoſcuntur, ùt *Sciſcitatum* ex *ſciſcitatus ſum*, *imitatum*, ex *imitatus ſum*.

CAPUT

CAPUT XV.

De Prima Conjugatione.

Verba Primæ Conjugationis formant Præteritum in *Avi*, Supinum in *atum*, ùt Activa, *Amo*, *amavi*, *amatum*, *levo*, *levavi*, *levatum*, *Recreo*, *avi*, *atum*, *&c.*

1. Neutra ista: *Cubo*, *crepo*, *sono*, *tono*, & hæc Activa *Domo*, *veto*, *increpo*, *incubo*, *intono* habent *ui*, *itum*, & aliquando *avi*, *atum*, ùt *Cubo*, *cubui*, *cubitum*, vel *avi*, *atum*.

Composita Verbi *Cubo*, cùm habent *m*, ante *bo*, sunt Tertiæ, cùm non habent, sunt primæ Conjugationis.

Composita Verbi, *Crepo*, *increpui*, *increpitum*, *concrepui*, *concrepitum*, *discrepui*, *discrepatum*, magìs laudantur.

2. Neutra *Mico*, *micui*, *emico* *emicui*, *dimico* *dimicui* carentSupinô, sed *dimico* sæpiùs *dimicavi* & *atum* facit.

3. Cum Compositis est Activum

1. *Neco*, *avi*, *atum*, olim *ui*, *ectum*, ejus composita nunc habent *avi*, *atum*, & *ui*, *ectum*.

2. *Seco*, *secui*, *sectum*, *frico*, *fricui*, *frictum*, vel *fricatum*.

3. Ferè omnibus *Plico*, sed cum his quatuor: *applico*, *explico*, *implico*, *complico*, habet *Avi*, *atum*, & *ui* *itum*, cum cæteris verò tantùm *avi* *atum*, ùt *multiplico*, *avi*, *atum*, sic *duplico*, *replico*, *&c.* & Neutrum *Supplico*, *avi*, *atum*.

4. *Do*, *dedi*, *datum*, istis tribus *Circumdo*, *pessundo*, *venundo*, sed *satisdo* est Neutrum. Reliqua CompositaVerbi Do, activa sunt Tertiæ Conjugationis & habent *didi*, *ditum*, ùt *reddo*, *reddidi*, *redditum*.

1. Acti-

1. Activum *Lavo, lavi,* tria habet Supina, *lotum, lautum, lavatum.*

2. Activum *Poto, potavi,* duo facit Supina, *potum,* & *potatum.*

3. Activum est *Juvo, juvi,* cum *adjuvo, adjuvi, adjutum.*

4. *Sto, steti, statum,* est Neutrum, cujus Composita ferè omnia Neutra faciunt *stiti stitum,* vel *statum,* ùt *consto, insto,* sed *præsto, præstiti, præstitum,* vel *atum,* rariùs *avi* est Activum.

De Deponentibus & Communibus.

Deponentia & Communia Primæ Conjugationis habent in Præterito *atus sum vel fui,* ùt *Lætor lætatus sum vel fui, osculor osculatus sum vel fui.*

✠ Deponentia primæ sunt ista: *Adversor, adulor, æmulor, altercor, arbitror, argumentor, argutor, assentor, adversor, auguror, auspicor, concionor, cœnor, conspicor, cunctor, digladior, exsecror, fabulor, famulor, grassor, gratificor, grator, gratulor, hariolor, indignor, jocor, lætor, mercor, minor, opinor, peculor, depeculor, prædor, præstolor, ratiocinor, rixor, stomachor, spatior, suffragor, suspicor, tumultuor. Vagor, vociferor,* & cætera à Substantivis derivativa, ùt *Bacchor, cavillor, causor, convivor, epulor, heluor, imaginor, &c.*

✠ Verba Communia Conjugationis Primæ, docent Grammatici esse ista: *Aucupor, abominor, aspernor, adipiscor, amplexor, calumnior, comitor, consolor, contemplor, criminor, dignor, depopulor, feneror, frustror, furor, hortor, jaculor, interpretor, imitor, miror, miseror, moror, meditor, odoror, ominor, osculor, percontor, piscor, precor, recordor, sector, speculor, scrutor, testor, tutor, vador, veneror, venor.*

Admonitio. *Verbis communibus in Passiva significatione rarissimè est utendum, satiusq; est illa Deponentium numero adijcere atq; etiam Deponentia esse dicere, quàm cum aliqua formidine, solœcismi in loquendo usurpare.*

De

De Abundantibus & Defectivis.

In Prima Conjugatione Verba Analoga. I. *Abundantia sunt ista, Fabrico* vel *or, Jurgo,* vel *or. populo* vel *or, lavo, as,* vel *lavo, is, explico, explicavi, atum* vel *ui, itum & alia duplex Præteritum aut Supinum habentia.* 2. *Defectiva propriè sunt ista; Ovat sicut amat. ovans sicut amans, Fari & Dari simplex, caret primâ Personâ in præsenti.* 3. *Media cætera omnia.* 4. *Anomala in Prima ferè nulla.*

CAPUT XVI.

De Secunda Conjugatione.

Verba Secundæ Conjugationis Activa, habent in præterito *ui,* & in Supino *itum,* ùt *Moneo, monui, monitum.* sic *arceo, exerceo, habeo, cohibeo,* &c.

Verba Secundæ Conjugationis Neutra, habent *ui,* absquë Supino, ùt *Studeo, studui,* sic *Pateo, albeo, rubeo, lateo.*

Omnia Verba in *Eo* sunt Secundæ Conjugationis, præter Activa ista, *Beo, creo, calceo, enucleo, laqueo, illaqueo, screo,* & Neutra *Meo, Nauseo,* quæ sunt Primæ, item Nutra *Eo. queo. nequeo,* quæ sunt Quartæ.

BEO. CEO.

1. *Jubeo, jussi jussum, Sorbeo sorbui sorbitum,* rariùs *sorpsi sorptum,* Cum Compositis est Activum.
1. *Doceo docui doctum, misceo, miscui mistum* vel *mixtum, mulceo mulsi mulsum,* vel *mulctum,* cum Compositis sunt Activa.
2. Neutra, *Jaceo, noceo, placeo,* habent *ui, itum.*
3. *Luceo luxi,* cum Compositis Neutrum caret Supinô.
4. Activa, *Taceo tacui tacitum,* Composita etiam Activa, habent sinè Supino *ui,* ùt *conticeo, ui, reticeo, ui, &c.*
5. *Decet uit, liceo ui,* pro vendor caret Supinô.
6. *Licet licuit* vel *licitum est, libet libuit,* vel *itum est.*

DEO.

DEO.

1. *Rideo risi risum, Suadeo suasi suasum. Video vidi visum.* cum Compositis sunt Activa.
2. *Ardeo arsi arsum*, cum Compositis est Neutrum.
3. *Frendeo frendi fressum*, pro *frango* est Activum, sed *frendeo frendi* pro *frendo* est Neutrum.
4. Activa ista: *Mordeo momordi morsum, spondeo spopondi sponsum, Tondeo, totondi, tonsum,* & Neutrum. *Pendeo pependi pensum*, licèt principium Præteriti geminent, Composita tamen eorum non geminant, ut *Respondeo respondi, non respopondi. De Audeo, gaudeo, prandeo, pudet, tædet, & piget*, v. de Cap: 19. & 30.
5. *Sedeo sedi sessum*, cum Compositis est Neutrum, præter duo Activa, *insideo insedi insessum*, *Obsideo obsedi obsessum.*

GEO, IEO, LEO.

1. *Augeo auxi auctum, indulgeo indulsi indultum, Mulgeo mulsi* vel *mulxi mulctum, Tergeo tersi tersum*, cum Compositis sunt Activa.
1. Cum Compositis respuunt Supinum *hæc* Activa: *Lugeo. luxi, urgeo. ursi*, & Neutra, *algeo, alsi, frigeo, frixi, fulgeo, fulsi, turgeo, tursi.*
2. *Cieo ciesi cietum, vigeo, viesi vietum*, cum suis sunt Activa.
3. Neutra, *Caleo, doleo, valeo* habent *ui, itum.*
4. *Pleo*, Inusitatum suis Compositis Activis reliquit. *evi, etum*, ut *Compleo complevi completum, Impleo, evi etum. Repleo .evi etum, &c.*
5. Activa sunt, *Leo, levi, letum, Deleo, evi, etum, Releo, evi, etum.*
6. *Fleo. flevi, fletum, defleo, deflevi. defletum*, Activa.
7. *Soleo solitus sum*, Neutro Pa[ssivum] qui olim habuit *solui.*
8. *Oleo olui, olitum*, quondam *olevi*, cum Compositis odoriferis est Neutrum
9. Activa sunt, *aboleo, abolevi, abolitum.* & in sacrificio, *adoleo, ui, tum*, rarissimè *adolevi*, sed *adoleo*, de ætate est Neutrum & facit *adolevi, adolitum*. vel *adultum*, rarissimè *Adolui.*

MEO.

MEO, NEO, QUEO.

Cum Compositis est Activum, *Neo, nevi, netum, Teneo tenui tentum, Torqueo, torsi tortum,* olim *torsum,* & *Timeo timui* absqué supino.

1. Neutra, *Maneo mansi mansum,* Composita etiam Neutra, quæ amiserunt *A,* habent *ui,* sinè Supino ùt *Emineo ui, &c.* quæ verò retinent *A,* habent *si, sum,* ùt *remaneo, si, sum.*

2. *Liqueo, licui,* cum Compositis est Neutrum

REO, SEO, VEO.

Cum Compositis sunt Activa, *Torreo, ui, tostum, Censeo, ui, censum, Caveo, cavi, cautum, Foveo, fovi, fotum, Moveo, movi, motum, Voveo, vovi, votum.*

1. *Careo, ui, itum, Pareo, ui, itum, Hæreo, hæsi, hæsum,* cum Compositis sunt Neutra.

2, Neutrum *Mereo, ui, itum, Mæreo* verò caret utroq;

3. *Faveo, favi fautum, Sveo, svevi, svetum,* sunt Neutra.

4. Neutra *Paveo, pavi, Conniveo, connivi,* vel *connixi, langueo, langui, liveo, livi, flaveo, flavi, ferveo, fervi,* vel *ferbui,* sed *conferveo* & *deferveo, bui,* tantùm, carent Supinô.

5. *Aveo,* Neutrum caret utroqué.

De Deponentibus & Defectivis.

1. Deponentia Secundæ habent *itus sum,* ùt, *Vereor, veritus sum,* sic *Liceor, Polliceor, &c.*

Excipe *Fateor fassus sum, confiteor, confessus sum, profiteor, professus sum, misereor, misertus sum, reor, ratus sum, tueor, tuitus sum, Medeor* caret utroqué.

Analoga Abundantia, *Mereor, vel o, prandeo, prandi, vel pransus sum, &c.* Defectiva *Ave, aveto, avete, avere, Salveo, salvebis, salve, salveto, salvete, salvere.* Media cætera prætet Abundantia & Defectiva, Anomala hîc nulla.

CA-

CAPUT XVII.

De Tertia Conjugatione.

Cio, Dio, Gio, Pio, Rio, Tio.

1. Activorum, *Facio, feci, Factum, Jacio, jeci, jactum,* Composita etiam Activa habent *ectum,* ùt *afficio, affeci, affectum, abjicio, abjeci, abjectum, &c.*
1. Obsoletorum *Latio & specio,* Composita Activa habent *exi, ectum,* ùt *allicio, exi, ectum, perspicio, exi ectum,* excipitur Activum, *elicio, elicui, elicitum.*
2. Cum Compositis est Activum, *Fodio, fodi, fossum, Cupio, cupivi, cupitum,* sed, *Fugio, fugi, fugitum,* cum suis potiùs Neutrum.
3. Activorum *Capio, cepi, captum, rapio, ui, raptum,* Composita etiam Activa habent *eptum,* ut *Accipio, accepi, acceptum, eripio, eripui, ereptum, &c.*
4. Neutra *Sapio, ui,* vel *pii, desipio, ui, resipio, ui,* carent Supinô.
5. *Pario, peperi, partum,* vel *paritum,* est Activum, hinc *pariturus,* non *parturus,* venit. Composita Verbi *pario* Activa, ùt *Aperio, reperio,* sunt Quartæ Conjugationis.
6. Activi *Quatio,* (*quassi, quassum,* inusitata) Composita etiam Activa formant *cussi, cussum,* ùt *Percutio, percussi, percussum.*

VO.

1. Cum Compositis est Activum, *Acuo, ui, utum, arguo, ui, utum, statuo, ui, utum, struo, struxi, structum,* Neutrum *Fluo, fluxi, fluxum.*
2. *Metuo, ui, respuo, ui,* Activa carent Supinô.

I. Verbi

1. Verbi Neutrius, *Ruo, rui, rutum*, Composita Activa habent. *rui, rutum*, ut *Diruo, dirui, dirutum*.
2. *Corruo*, & *Sternuo*, Neutra habent *ui, utum*.
3. Neutra *Luo, gruo, congruo, ingruo* habent *ui*, sinè Supino.
4. Verbi *Pluo, plui*, & olim *pluvi plutum*, Supini est usus in Compositis, ùt *Compluтum*.
5. *Nuo*, inusitatum Compositis reliquit, *ui*, sinè Supino, ùt *Abnuo, abnui, innuo, innui, renuo, renui*
6. Composita Activa istorum Activorum *Lavo*, ùt *abluo, diluo*, *suo*, ùt *Consuo, insuo*, *spuo*, ùt *Conspuo, inspuo*, antiqui, *duo*, ùt *induo*, *exuo*, habent *ui, utum*.

BO, CO.

1. Cum Compositis est Activum.
   1. *Scribo, scripsi, scriptum, bibo, bibi, bibitum*, item, *glubo, glubi, lambo, lambi, scabo, scabi*, absque Supino.
   2. *Dico, dixi, dictum, duco, duxi, ductum, Ico, ici, ictum, pasco, pavi, pastum, scisco, scivi, scitum, vinco, vici, victum*.
   3. *Nosco, novi, notum*, sed *agnosco, cognosco, praecognosco, recognosco, ovi, itum*, amant.

Composita Verbi *Cubo, bui, bare* sunt Neutra, & habent *m* abjecto, *ui, itum*, ùt *Accubo, accubui, accubitum*.
2. Neutra sunt *Cresco, crevi, cretum*, cum Compositis & *adolesco, adolevi, adoletum*, vel, *adultum, exolesco, exolevi, exoletum, obsolesco, obsolevi, obsoletum*.
3. *Quiesco, quievi, etum, suesco, evi, etum, parco, peperci, parcitum*, vel *parsi, parsum*.
4. Activa *Compesco, ui, dispesco, ui, disco, didici, posco, poposci*, & Neutra ista *Irrauesco, irrausi, increbresco, increbui*, cum Compositis carent Supinô.
5. *Glisco*, Neutrum cum Inchoativis etiam Neutris caret utroque, ùt *Labesco, ditesco, hisco, fatisco*, &c.
6. *Evanesco, ui, erubesco, ui, senesco, ui, convalesco, ui*, & similia mutuantur Praeterita à Primitivis.

DO,

DO.

1. Verba in *Do*, habent in Præterito *Di*, in Supino *Sum*, ùt Activa, *Mando*, *mandi*, *mansum*, sic *Cudo*, *edo*, *defendo*, *offendo*, *prehendo*, *&c.*

1. Activa, *Fundo*, *fudi*, *fusum*, *findo*, *fidi*, *fissum*, *scindo*, *scidi*, *scissum*, cum Compositis Activis N. amiserunt.
2. *Cado*, *cecidi*, *casum*, cum Compositis est Neutrum, scilicet ist s: *Occido*, *decido*, *excido*, *incido*, *&c.*
3. Per Diphthongum, *Cædo*, *cæcidi*, *cæsum*, cum Compositis est Activum, ùt *Occido*, *decido*, *excido*, *incido*, *&c.*
4. *Cedo*, *cessi*, *cessum*, cum Compositis Neutrius S. ubiqué geminant, sed *Concedo*, *concessi*, *concessum*, est Activum.
5. Neutrius *Vado*, Composita habent *si*, *sum*, ùt *Evado*, *evasi*, *evasum*.
6. Composita Verbi, *Do*, *das*, *dare*, sunt Activa,|& habent *didi*, *ditum*, ùt *Addo*, *addidi*, *additum*, *&c.* sed *abscondo*, *abscondi*, *absconsum*, vel *abscondidi*, *absconditum* facit. *Credo*, *credidi*, *creditum*, est activum.
7. *Pedo*, *pepedi*, *peditum*, cum *Rudo*, *rudi*, *strido*, *stridi*, est Neutrum.
8. *Sido*, *sidi*, Neutrum, Composita etiam Neutra habent *edi*, ùt *Consido*, *consedi*, *desido*, *desedi*, *resido*, *resedi*, *subsido*, *subsedi*.
9. Cum Compositis est Activum, *Claudo*, *clausi*, *clausum*, *divido*, *divisi*, *divisum*, *lædo*, *si*, *sum*, *ludo*, *lusi*, *lusum*, *rado*, *si*, *sum*, *rodo*, *si*, *sum*, *trudo*, *si*, *sum*.
10. *Pando*, *pandi*, *pansum*, vel *passum*, *pendo*, *pependi*, vel *pendi*, *pensum*. *tendo*, *tetendi*, *tensum*, vel *tendi*, *tentum*, *tundo*, *tutundi*, *tunsum*, sed Composita *tusum*, ùt *Contundo*, *contudi*, *contusum*, *&c.*

GO vel *GUO*.

1. Verba in *Go*, vel *Guo*, postulant *xi*, *ctum*, ùt Activa, *Rego*, *rexi*, *rectum*, sic *dirigo*, *cingo*, *affligo*, *extingvo*, *jungo*, *lingo*, *tingo*, *sugo*, *&c.*

1. Cum Compositis sunt Activa, *Ago*, *egi*, *actum*, *frango*, *fregi*, *fractum*, *figo*, *fixi*, *fixum*, *frigo*, *frixi*, *frixum*, vel *frictum*, *mergo*, *mersi*, *mersum*, *tergo*, *tersi*, *tersum*, *spargo*, *sparsi*, *sparsum*.

2. Cum Compositis sunt Activa, *Tango*, *tetigi*, *tactum*, *lego*, *legi*, *lectum*, sed *Diligo*, *intelligo*, *negligo*, amant *exi*, *ectum*.

3. Cum Compositis sunt Activa, *Fingo*, *finxi*, *fictum*, *pingo*, *pinxi*, *pictum*, *stringo*, *strinxi*, *strictum*, sed N. in Supino excludunt, & Neutrum, *Ringo*, *rinxi* *rictum*.

4. *Cogo*, *coégi*, *coactum*, *prodigo*, *prodegi*, *dego*, *degi*, Activa & Neutrum *Satago*, *sategi*, ex *ago* componuntur.

5. Activi *Pango*, *pepigi*, vel *panxi*, *pactum*, Composita etiam Activa, *Pegi* potiùs quàm *panxi*, ùt *impingo*, *impegi*, *impactum*, *&c.*

6. *Pungo*, *pupugi*, *punctum*, cum Compositis est Activum, sed *Compungo*, *dispungo*, *expungo*, amant *punxi*, *punctum*, *repungo* verò *repupugi*, *&* *repunxi*, *repunctum*.

7. Priscum *Pago*, facit *pepigi*, *pactum*, usitata, *vergo*, *versi*, *mingo*, *minxi*, carent Supinô.

8. Neutra, *Pergo*, *perrexi*, *perrectum*, *surgo*, *surrexi*, *surrectum*, sic *insurgo*, *consurgo*, *&c* ex *rego* componuntur.

HO, *IO*.

Cum Compositis est Activum, *Traho*, *traxi*, *tractum*, *Veho*, *vexi*, *vectum*, *Mejo*, *minxi*, *mictum*.

 L9.

LO.

1. Cum Compositis sunt Activa, *Alo, alui, altum,* vel *alitum, colo, colui, cultum, occulo, ui, occultum, molo, ui, molitum, fallo, fefelli, falsum, pello, pepuli, pulsum, sallo, salli, salsum, vello, velli,* vel *vulsi, vulsum.*

2. Neutra, *Malo, ui, nolo, ui, antecello, ui, excello, ui, &c.* carent Supinô & Activum, *Psallo, psalli, & refello, refelli.*

3. Activa sunt *Tollo, tuli,* vel *tetuli, latum, extollo, extuli, elatum, sustollo, sustuli, sublatum, percello, perculi,* vel *perculsi, perculsum.*

MO, NO.

1. Cum Compositis sunt Activa, *Como, compsi, comptum, demo, dempsi, demptum, promo, prompsi, promptum, emo, emi emptum, premo, pressi, pressum, sumo, sumpsi, sumptum, vomo, vomui, vomitum.*

2. *Gemo, gemui, gemitum, fremo, fremui, fremitum,* sunt Neutra. Item *Tremo, tremui, intremo, intremui,* sinè Supino.

3. *Sum, fui,* cum Compositis est Neutrum, & caret Supinô, sic *Adsum, adfui, possum, potui, &c.*

4. Cum Compositis sunt Activa, *Gigno, genui, genitum, cerno, crevi, cretum, temno, tempsi, temptum, sperno, sprevi, spretum, lino, livi,* seu *lini, litum, sino, sivi, situm, desino, desivi,* vel *desii, desitum, pono, posui, positum.*

5. *Cano, cecini, cantum,* Composita ejus habent *ui, entum,* ùt *Accino, accinui, accentum.*

PO, QUO.

1. Cum Compositis sunt Activa, *Carpo, carpsi, carptum, clepo, clepsi, cleptum, rumpo, rupi, ruptum, coquo, coxi, coctum, sculpo, sculpsi, sculptum.* 1.

1. Activum, *Linquo*, *liqui*, & Supinum & N in Præterito amisit, Composita tamen ejus etiam Activa habent *Lictum*, ùt *relinquo*, *reliqui*, *relictum*, &c.
2. *Repo*, *repsi*, *reptum*, *serpo*, *serpsi*, *serptum*, *strepo*, *strepui*, *strepitum*, cum Compositis sunt Neutra.

RO, *SO*.

1. Cum Compositis sunt Activa, *Fero*, *tuli*, *latum*, *gero*, *gessi*, *gestum*, *quæro*, *quæsivi*, *quæsitum*, *tero*, *trivi*, *tritum*, *verro*, *verri*, *versum*, *uro*, *ussi*, *ustum*.
2. Neutrius, *Curro*, *cucurri*, *cursum*, Composita etiam Neutra, sinè geminatione in Præterito leguntur. Hæc tamen utroque modô inveniuntur, *concurro*, *decurro*, *excurro*, *percurro*, *præcurro*, *procurro*.
3. *Furo*, Neutrum caret utroque.
4. *Sero*, cum Compositis est Activum, & cum iisdem in plantatione facit *sevi*, *satum*, Composita *itum*, ùt *insero*, *insevi*, *insitum*, extra plantationem verò *serui*, *sertum*, sic *consero*, *conserui*, *consertum*.
5. Activa sunt *Accerso*, *accersivi*, *accersitum*, *arcesso*, *arcessivi*, *arcessitum*, *capesso*, *capessivi*, vel *capessii*, vel *capessi*, *capessitum*, *facesso*, *facessivi*, vel *facessii*, vel *facessi*, *facessitum*, *pinso*, *pinsui*, *pinsum*, vel *pistum*, vel *pinsitum*, *viso*, *visi*, *visum*, *incesso*, *incessi*, *depso*, *depsui*, sinè Supino.

TO, *VO*, *XO*.

1. Cum Compositis sunt Activa, *Flecto*, *flexi*, *flexum*, *meto*, *messui*, *messum*, *mitto*, *misi*, *missum*, *peto*, *petivi*, *petitum*, *verto*, *verti*, *versum*, *pecto*, *pexui*, vel *pexi*, *pexum*, *necto*, *nexui*, vel *nexi*, *nexum*, *plecto*, *plexui*, vel *plexi*, *plexum*.

2 *Sterto, stertui,* sinè Supino & Neutrum. *Vivo, vixi, victum.*
3. *Sisto,* Activum, *stiti, statum,* Neutrum verò *steti, statum.* Composita, *stiti, stitum,* ù: *Resisto, restiti, restitum, &c.*
4. *Caluo, calui, texo, texui, textum, solvo, solvi, solutum, volvo, volvi, volutum,* cum Compositis sunt Activa.

De Deponentibus.

1. *Apiscor, aptus sum, adipiscor, adeptus sum, indipiscor, indeptus sum, amplector, amplexus sum, complector, complexus sum, comminiscor commentus sum.*
2. *Divertor, diversus sum, vel diverti, revertor, reversus sum, vel reverti, expergiscor, experrectus sum, & expergitus sum.*
3. *Fungor, functus sum, gradior, gressus sum, fruor, fructus sum, vel fruitus sum* unde *fruiturus.*
4. *Irascor, iratus sum, labor, lapsus sum, loquor, locutus sum, nascor, natus sum, morior, mortuus sum, nanciscor, nactus sum, nitor, nixus sum, orior, ortus sum,* cum Compositis.
5. *Obliviscor, oblitus sum, orior, ortus sum,* sed in Infinitivo *oriri,* & Participio *oriturus.*
6. *Paciscor, pactus sum, depaciscor, depactus sum, pascor, pastus sum, depascor, depastus sum, patior, passus sum, perpetior, perpessus sum, proficiscor, profectus sum.*
7. *Queror, questus sum, sequor, secutus sum, utor, usus sum, ulciscor, ultus sum, tuor, tuitus sum,* in Infinitivo *tui, in ob: con:*
8. *Liquor, reminiscor, ringor, vescor,* carent Præteritô.

De Anomalis & Defectivis.

Tertia Conjugatio habet Verba Analoga Abundandantia ista, *Expergiscor, revertor, lavo, pinso, nubo,* & alia quæ Præteritô aut Supinô abundant. Defectiva ista, *Inquio,* vel *inquam, infit, memini, odi, cœpi, novi.* Media omnia alia præter Abundantia & Defectiva.

In

In Tertia Conjugatione Verba Anomala Abundantia nulla dantur, Defectiva sunt ista, *Ausim, edo, faxo, forem, cedo, quæso*, Media sunt tria, *Sum, Volo, Fero*, cum Compositis.

Conjugationes Defectivorum.

INQUIO seu *INQUAM*.

Indicativi
- Præsens *Inquam, inquis, inquit, Inquimus, inquitis, inquiunt.*
- Imperf. *Inquiebam, bas, bat, Inquiebamus, betis, bant.*
- Perfectum: *Tu inquisti, ille inquit.*
- Futurum: *Tu inquies, ille inquiet, inquient,*

Imperativi Præsens, *Tu inque*, Futurum, *Tu inquito.*
Subjunctivi Præsens, *Ille inquiat*, Participium, *inquiens.*

INFIT, id est *inquit*, seu *incipit*, mowi, prâwi, pocznie, zácznie, *est Tertia Singularis, Indicativi.*

AUSIM, id est, *Audeam*, śmiałbym, ważyłbym się, *est Subjunctivi vel Potentialis Præsens*, *aut Imperfectum*, Ego ausim, tu ausis, ille ausit, illi ausint.

CEDO, id est, *Da*, vel *dicas*, podáy, pokaż, powiedz *est Secunda, Imperativi, Singularis & Pluralis* ùt *Cedo manum, cedo testes, cedo quid feceritis.*

EDO, dupliciter conjugatur, primò Analogicè *Edo, edis, edit, Edimus, editis edunt, &c* sicut *Lego, legis, legit.* Secundò Anomalè hoc modo.

Indicativi Præsens, *Ego edo, tu es, ille est, Vos estis.*
Imperativi Præsens, *Tu es, Vos este.* Futurum, *Esto tu, esto ille, Vos estote.*
Subjunctivi Imperfectum, *Ego essem, tu esses, ille esset, Nos essemus, Vos essetis, illi essent.*
Infinitivi Præsens & Imperfectum *Esse*, cæterîs caret.
Sic Composita, *Ambedo, comedo, exedo, Edor*, Passivum primò Analogicè, sicut *Legor*, Secundò Anomalè sic Indicativi Præsens, *Ille estur*, Imperativi *Estor tu, estor ille.*

FAXO

FAXO, id est *Faciam*, *uczynię*. est Prima singularis Futuri Indicativi, in Subjunctivi Præsenti vel Futuro, *Ego faxim*, *tu faxis*, *ille faxit*, *Vos faxitis*, *illi faxint*.

FOREM, id est, *Essem bylbym*, est Subjunctivi imperfectum, *Ego Forem*, *tu fores*, *ille foret*, *illi forent*. Infinitivi Futurum, *Fore*, sic *abforem*, *abfore*, *adforem*, *adfore*

QVÆSO, id est, *Rogo*, *Proszę*, est Indicativi Præsens, *Ego quæso*, *nos quæsumus*, cæteris caret.

MEMINI. Indicativi.	Præsens & Perf: *Memini*, *sti*, *it*, *imus*, *istis*, *&c.*	
	Imperf: & Plusq: *Memineram*, *as*, *at*, *amus*. *&c.*	
Imperativi.	Præsens, *Tu memento*, *Vos mementote*.	
	Præs. & Perf: *Meminerim*, *ris*, *rit*, *rimus*, *&c.*	
Subjunctivi	Imperf. & Plus. *Meminissem*, *ses*, *set*, *Semus*, *&c.*	
	Futurum, *Meminero*, *is*, *it*, *meminerimus*, *&c.*	
Infinitivi Præsens, Imperf: Perf: & Plusqu: *Meminisse*.		
Participii Præsens, *Meminens*.		

ODI, ita ut *Memini*, sed Imperativô & Participiô caret.

COEPI, Activum sic conjugatur,

Indicativi.	Perf: *Cœpi*, *isti*, *it*, *Cœpimus*, *istis*, *erunt*, *Vel ere.*
	Plusq: *Cœperam*, *ras*, *rat*, *Cœperamus*, *atis*, *ant.*
Subjunctivi.	Perfect: *Cœperim*, *ris*, *rit*, *Cœperimus*, *ritis*, *rint.*
	Plusqu: *Cœpissem*, *ses*, *set*, *Semus*, *setis*, *sent.*
	Futurum, *Cœpero*, *ris*, *rit*, *Rimus*, *ritis*, *rint.*
Infinitivi.	Perfect: & Plusq: Perfect: *Cœpisse*.
	Futurum, *Cœpturum esse*.
	Supinum, *Cœptum Cœptu.*

In Passiva Voce		
Indicativi.	Perfect: *Cœptus sum Vel fui*, *&c.*	
	Plusqu: *Cœptus eram Vel fueram*, *&c.*	
Subjunctivi.	Perfect: *Cœptus sim Vel fuerim*, *&c.*	
	Plusqu: *Cœptus essem Vel fuissem*, *&c.*	
	Futurum, *Cœptus ero Vel fuero*, *&c.*	
Infinitivi.	Perf: & Plusq: *Cœptum esse Vel fuisse*, *&c.*	
	Futurum *Cœptum iri*.	
	Participii Præteritum, *Cœptus*, *ta*, *tum*.	

Activum *NOVI*, ita Conjugatur, ut *Cœpi*, sed Præsens & Præteritum simul significat Tempus.

CA-

CAPUT XVII.

De Quarta Conjugatione.

1. Verba Quartæ Conjugationis habent in Præterito *ivi*, vel *ii*, in Supino *itum*, ùt Activa ista, *Audio*, *audivi*, vel *audii*, *auditum*, sic *expedio*, *redimio*, *scio*, *sopio*, *&c.* & Neutra ista: *Singultio*, *eo*, *queo*, *scaturio*, *obedio*, *&c.*

1. Cum Compositis sunt Activa, *Amicio*, *xi*, vel *amicui*, *amicium*, *sancio*, *sanxi*, *sanctum*, vel *sancivi*, *sancitum*, *farcio*, *farsi*, *fartum*, *fulcio*, *fulsi*, *fultum*, *haurio*, *hausi*, *haustum*, *sarcio*, *sarsi*, *sartum*, *sentio*, *sensi*, *sensum*, *sepio*, *sepsi*, *septum*, *vincio*, *vinxi*, *vinctum*, *sepelio*, *sepelivi*, *sepultum*.

2. *Venio*, *veni*, *ventum*, cum Compositis est Neutrum, Excipe Activa *Invenio*, *convenio*, *circumvenio*, *prævenio*.

3. Activa Composita Verbi *Pario*, quod est tertiæ Conjugationis, ad quartam pertinet Conjugationem, ùt *Comperio*, *comperi*, *compertum*, *reperio*, *reperi*, *repertum*, alia verò *rui*, *ertum*, ùt *Aperio*, *aperui*, *apertum*, *&c.*

4. *Salio*, cum Compositis Neutrum habet *salii*, vel *salui*, *saltum*, Composita verò *ultum*, ùt *assilio*, *ui*, vel *assilii*, *assultum*.

5. *Ferio*, Activum habet usitata, *Ferii*, *feritum*. Sed Neutra, *Cacutio*, *gestio*, *ineptio*, *ivi*, vel *ii*, tantùm.

6: *Veneo*, *venivi*, vel *venii*, Neutro-Passivum sinè Supino ex *venum* & *eo* constat.

De Deponentibus.

Deponentia Quartæ Conjugationis habent in Præterito *itus*, *sum*, ùt *Molior*, *molitus sum*, sic *Largior*, *potior*, *sortior*, *partior*, *mentior*, *blandior*, *&c.*

Excipe *Assentior*, *assensus sum*, *experior*, *expertus sum*, *metior*, *mensus sum*, *operior*, *opertus sum*, & *Ordior*, *orsus* vel *orditus sum*.

De Anomalis & Defectivis.

Quartæ Conjugationis Analoga, 1. Abundantia *Assentio, or, impertio, or, ordior.* 2. Defectiva, *Ajo desit.* 3. Media reliqua omnia, exceptîs Abundantibûs & Defectivîs.

In Quarta, Anomala Abundantia nulla sunt, sicut nec Defectiva, Media sunt tria, *Eo, queo, fio,* cum Compositis. *AIO,* id est *Assero,* mowię, twierdzę, powiadam, *sic Conjugatur.*

Indicativi Præsens, *Ajo, ais, ait,* Pluraliter, *illi ajunt.*
Impert: *Ajebam, ajebas, ajebat, ajebamus, ajebatis, bant.*
Perfectum, *Tu aisti, Vos aistis.*
Imperativi Præsens, *Tu ai.*
Subjunct. Præsens, *Tu ajas, ille ajat, nos ajamus, illi ajant.*
Participii Præsens, *Ajens.*
DEFIT, id est *deest, defiet, defiat, defieri,* cæterîs caret.

CAPUT XIX.

De Verborum Neutrorum Divisione.

1. Verbum neutrum est triplex: Neutrum Passivum, Neutro Passivum, & Neutrum Perfectum seu absolutum.

2. Verbum Neutrum Passivum est, quod licèt desinat in O, tamen Passivam habet significationem. Sunt autem Verba Neutra Passiva quatuor; *Fio,* id est, *efficior, Liceo,* id est *æstimor, Vapulo,* id est, *Verberor, Veneo,* id est *Vendor.*

3. Neutro-Passivum est, quod licèt exeat in O, tamen Præteritum instar Verbi Passivi format, ut *Audeo, ausus sum, gaudeo gavisus sum, fido, fisus sum, fio, factus sum,* Item ista duplex Præteritum habentia: *Cano, canavi,* vel *canatus sum, juro, avi,* vel *atus sum, prandeo, prandi,* vel *pransus sum, placeo, placui,* vel *placitus sum, soleo, ui,* vel *itus sum, nubo, nupsi,* vel *nuptus sum, sueo, suevi,* vel *suetus sum.* His adde Impersonalia, *Miseret, misertum est, tædet, pertæsum est.* Item ista; *Libet, licet, piget, placet, pudet,* ratione Præteriti Secundi, *itum est.*

4. Verba Neutra alia, præter ista enumerata & horum Composita vocanda sunt perfecta seu absoluta, ut *Faveo, sum, eo, studeo.*

CAPUT

CAPUT XX.

De Verbis Impersonalibus.

1. Verbum Impersonale
1. Est duplex, Activæ & Passivæ vocis.
2. Activæ vocis est, quod desinit in T, ùt *Pudet, pluit, interest.*
3. Passivæ vocis est, quod desinit in *Tur*, ùt *Statur, egetur, itur.*

1. Impersonalia in *At*, vel *atur*, sunt Primæ Conjugationis, ùt *Constat, juvat, restat, præstat. Vacat, tonat, gelat, rorat, statur, pugnatur, potatur, dimicatur, &c.*
2. Impersonalia in *Et*, vel *etur*, sunt Secundæ Conjugationis, ùt *Decet, oportet, placet, pertinet, tædet, &c. Fletur, tacetur, &c.*
3. Impersonalia in *It*, vel *itur*, dum Infinitivus exit in *ere*, vel *i*, sunt Tertiæ, ùt *Accidit, contingit, pluit, sufficit, vivitur, curritur.*
4. Impersonalia in *It*, vel *itur*, dum Infinitivus exit in *ire*, vel *iri*, sunt Quartæ, ùt *Expedit, convenit, &et itur, dormitur.*
5. Præteritum Activæ vocis Impersonalium fit juxta Regulas Personalium, ùt *juvat, juvit, fulget, fulsit, &c.*
6. Passivæ vocis Impersonalium Præteritum, ex Supino Personalium & Verbi Substantivi *Sum* Tertia Singulari suppletur, ùt *itum est, ventum erat*, vel *fuerat, &c.*
7. Duplex Præteritum habent ista Impersonalia, *Licet, uit*, vel *itum est, libet, uit*, vel *itum est, pudet, uit*, vel *itum est, miseret, misertum est*, vel *miseritum est*, sed *tædet, pertæsum est* tantùm.
8. Nullum habet Præteritum *Liquet*, cum Inchoativis Tertiæ in *scit*, ùt *Lucescit, vesperascit, diescit.*
9. Impersonalia utriusque vocis solùm conjugantur per Tertias Personas Singulares, & carent *Imperativo, Gerundiis, Supinis, & Participiis.* Item plurima Activæ vocis carent Futurô Infinitivi. *Pœnitens à pœnitet* venit.

CAPUT

CAPUT XXI.

DE PARTICIPIO.

Quid est Participium? *Est vox flexibilis, Accidentia, Nominis & Verbi participans:* ut legens, dans, &c.

Quot sunt in Participio

1. Accidentia? *Septem:* Figura, Tempus, Significatio, Genus, Declinatio, Numerus, Casus.
2. Figuræ? *Tres:* Simplex, ùt *Volans,* Composita, ùt *Evolans,* Decomposita, ùt *superevolans.*
3. Tempora? *Tria:* Præsens, Præteritũ, & Futurũ.
4. Significationes? *Quatuor:* Activa, Passiva, Neutralis, & Communis.
5. Genera? *Quatuor:* Masculinum, Fæmininum, Neutrum, Omne.
6. Declinationes? *Tres:* Prima, Secunda, Tertia.
7. Numeri? *Duo:* Singularis & Pluralis.
8. Casus? *Sex:* Nominativus, Genitivus, Dativus, Accusativus, Vocativus, & Ablativus.

1. Præsentis Temporis Participia. 1. Exeunt in *Ans* vel *Ens,* ùt *Amans, docens.* 2. Significationis sunt alia Activæ, ùt *Legens,* alia Passivæ, ùt *Vapulans,* alia neutralis, ùt *Sedens.* 3, Veniunt à Verbo Activo, Neutro, Deponenti, & Communi. 4. Formantur à Prima Persona vera, vel ficta Imperfecti Indicativi, mutando *Bam,* in *Ns,* ùt ab *Amabam,* fit *Amans.*

2. Præteriti Temporis Participia. 1. Desinunt in *Tus, Sus, Xus.* 2, Significationis sunt alia Passivæ, ùt *Lectus,* alia Activæ, ùt *Visus,* alia Communis, ùt *Osculatus,* 3. Veniunt à Verbo Passivo, Deponenti, Communi, & Neutro-passivo. 4. Formantur à Supino mutatô *M,* in *S,* ùt à *Lectum,* fit *Lectus.*

3. Futuri Temporis Participia finiuntur alia in *Rus,* ùt *Lecturus,* alia in *Dus,* ùt *Legendus.*

Parti-

Participia in

1. *Rus*, 1. Alia sunt significationis Activæ, ùt *Docturus*, alia Passiva ùt *Vapulaturus*, alia Neutralis, ùt *Iturus*, 2. Veniunt ab Activo, Neutro, Deponenti & Communi Verbo. 3. Formantur à Supino, mutatô *M*, in *Rus*, ut à *Lectum*, fit *Lecturus*.
2. *Dus*, 1. Omnia sunt significationis Passiva. 2. Veniunt à Passivo Communi, & à Deponenti olim Communi immo & à Neutris quibusdam. 3. Formantur à Genitivo Participii Præsentis Temporis, mutando *Tis*, in *Dus*, ut à *Amans*, *amantis*, fit *amandus*.
3. *Us*, Omnia sunt trium terminationum, sub Prima Terminatione sunt Generis Masculini, Declinationis secundæ, sub Secunda Fæminini Primæ, sub Tertia Neutrius Secundæ, ùt *Lectus*, *lecta*, *lectum*.
4. *Ns*, Omnia sunt unius Terminationis, Generis Omnis, Tertiæ Declinationis, ùt *Amans*, *legens*.

CAPUT XXII.
DE ADVERBIO.

Quid est Adverbium? *Est Vox inflexibilis, quæ adjuncta, Verbo, aut Nomini, aut Participio, aut alteri Adverbio ejus significationem determinat*, ùt Bene, malè, citò, &c.

Annotatio. *Accidentia Adverbii alii Grammatici docent esse duo: Figuram, & Speciem, alii quatuor: Figuram, Speciem, Significationem & Comparationem. Figuræ Adverbiorum sunt tres: simplex*, ùt faciliter, *Composita*, Difficiliter, *Decomposita*, ùt perdifficiliter. *Species duæ: Primitiva*, ùt ita, nunc, *Derivativa*, ùt breviter, doctè; &c. *Gradus Comparationis sunt tres: Positivus*, ùt doctè, *Comparativus*, ùt doctiùs, *Superlativus*, ùt doctissimè, *Significationes Adverbiorum sunt plurimæ s. Temporis, Ordinis, Numeri, Quantitatis, Qualitatis, Jurandi, Vocandi, Intendendi, remittendi, &c. Quas quidem significationes ideo hìc expressè non ponimus, quia non putamus illas esse dignas, in quibus aureum ætatis suæ tempus consumant Tyrones: præcipuè quum & exiguum admodùm aut penitùs nullum adferant fructum, & plurima alia istis utiliora & magis necessaria supersint juvenibus addiscenda.*

CAPUT XXIII.
DE CONJUNCTIONE.

Quid eſt Conjunctio? *Eſt vox inflexibilis conjungens vel etiam disjungens voces aut ſententias*, ùt Et, aut, quocirca, &c.

Primò Ordinis Præpoſitivi *Ac, an, atqué, atqui, aſt aut, &, nam, namque, num, nec, neque, quare, quamobrem, quapropter, quanquam, quocirca, ſed, ſeu, ſive, vel, utrùm.*

Secundò Ordinis Poſtpoſitivi: *Autem, enim, quidem, quoque, verò, quò, vé, né.*

Tertiò Ordinis Communis: *Alioqui, alioquin, dum, duntaxat, enimverò, equidem, ergo, etiam, etiamſi, idcirco, ideò, igitur, itaqué, licèt, modò, nempe, ni niſi, porro, propterea, quatenus, quia, quòd, quoniam, ſaltem, ſi, tamen, tametſi, tantummodò, verùm, verumtamen, videlicet, ut, utique,*

Annotatio. *Conjunctio habet Accidentia tria: Figuram, Ordinem, & Significationem.*

CAPUT XXIV.
DE PRÆPOSITIONE.

Quid eſt Præpoſitio? *Eſt vox quæ aliis Orationis partibus, fere præponitur, ùt* Ad, in, pro, &c.

Quæ voces ſunt Præpoſitionis Partis? *Iſta omnes.*

Primò Accuſativum regentes: *Ad, apud, ante, cis, circa, circum, circiter, citra, extra, infra, inter, intra, juxta, ob, penes, per, pone, poſt, præter, prope, propter, ſecundùm, ſupra, ſecus, trans, ultra.* Item *contra, erga, adverſùs, & adverſùm.*

Secundò. Ablativò gaudentes: *Abſque, cum, coram, de, pro, præ, palam, ſinè.*

Tertiò, *A*, & *E*, Quartò, *Ab, & Ex.*

Quintò, *Abs, tenùs, versùs.*

Sextò, *In, ſub, ſuper* & *ſubter.*

Anno-

Annotatio 1. *Præpositioni alii tribuunt Accidens unum ſcilicet Caſum, alii duo, Caſum & Compoſitionem, vel Figuram & Ordinem, alii tria Formam, Figuram, & Significationem, ſeu Figuram, Speciem, & Ordinem.*

2. *Præpoſitiones dupliciter præponuntur, primò per Appoſitionem, ùt ad me, præ furore, &c. Secundò per Compoſitionem, ùt addo, præſto, interpono.*

CAPUT XXV.
DE INTERJECTIONE.

Quid eſt Interjectio? *Eſt vox indeclinabilis affectum animi ſignificans, ùt* Ah, heu, jo; ha, ha, ha.

Quæ Vocabula ſunt Interjectionis Partis? *Iſta omnia.*

Ah, á, ách.
Acha, ách.
Atat, och, iużei, bá, wey.
Au, au, to, to, to.
Euge, á hey.
Eja, nuż, nuże.
Eho, á iuż, ſłyſz,
Ehodum, ſłuchayże iedno, chodż ſam.
Ha, *ha*, cha, chá. chá.
Hei, hey nieſtetyż.
Hem, he, czegoż.
Hoſanna, Vivat, vivat.
Heu, o nieſtetyż.
Heu, *heu*, o świecie.
Heus. hey ſłyſz.
Hei, báwey.
Io, hey, hoy.
O, o. ochá, och.
Oh, iuż też po mnie?
Oho, o, ho, o ho, o doſyćże też iuż.
O ſi, Day Boże.
O utinam, bodáy.
Phy, pf, pfa, pfe.
Prô, Przebog, Mátko Boża.
Papæ cuáſie Pańſki, báwey.
St, cyt. milcz.
Vah, otoż maſz, otoż tobie.
Væ, biadá, &c.

Annotatio. *Interjectioni duo tribuuntur Accidentia, Figura & Significatio, vel etiam unum ſcilicet Significatio. Sunt autem variæ Interjectionum Significationes, ùt admirantis, lætantis, dolentis, irridentis, &c.*

CORO-

CORONIS LIBRI II.

Descriptio Grammaticæ in communi sumptæ. *Grammatica est loquendi, scribendi, pronuntiandi & bonos Authores interpretandi scientia. Est duplex: Historica seu Exegetica & Methodica.* Historica *est, quæ varios scriptores nimirum Oratores, Historicos, Poëtas, Philosophos, Jurisconsultos, Medicos, &c. interpretari docet. Atq; hæc multarum rerum cognitionem requirit, neq; ad Præcepta facilè revocari potest, & nonnisi Grammatices Doctori convenire illiusq; propria esse videtur.* Methodica *verò est, quæ benè loquendi, scribendi, pronuntiandi continet præcepta, & de hac nos non verò prima, in his quatuor Libris Institutionum tractamus. Mutarum, semivocalium & Liquidarum, idcirco nullam hoc loco facimus mentionem, quia illarum nullum in Etymologia usum esse videmus.*

Vocales *dicuntur, quia singulæ absq; aliis literis optimè possunt proferri,* Consonantes verò, *quia ut perfectè proferantur, semper sibi aliquam vocalem adjungunt. Vocales ordine quodam è gutture, in os ipsum proferendo progrediuntur, ut* a, e, i, o, u. Diphtongus *sunt duæ Vocales firmæ unam syllabam componentes, quæ duos sonos solutæ efficiunt. His quatuor adduntur adhuc istæ duæ* ei, & yi, *ut Hei, Harpyia,* æ, & œ, *ita proferuntur sicut simplex* e, *ut Pœna,* sicut *pene.*

Partes Orationis aliter dicuntur Dictionũ discrimina, vel Genera, vel species quas definiendo vocem pro Genere, alias verò particulas pro differentia posuimus. Cæterùm sic quoq; aptè possunt definiri ut Nomen *est Pars Orationis, ad quam reducuntur & revocantur illæ voces, quæ per Casus Declinantur & rem sinè tempore significant, ut DEUS Homo:* Verbum *est Pars Orationis, ad quam referuntur, & in qua continentur, & quasi habitant illa vocabula, quæ per Modos, Tempora, Numeros, & Personas conjugantur, & sic de cæteris. Inter Partes Orationis duæ sunt præcipuæ s. Nomen & Verbum, ideoq; etiam fusius de ipsis agunt Grammatici, tanquam de iis, sinè quibus stare sermo non potest, Ramus duas Partes Orationis tantùm statuit, Nomen & Verbum & ad has duas, reliquas omnes reducit.* De

De variis Nominis divisionibus.

Nomen quemadmodùm & Verbum varias habet Divisiones aliunde atq; aliunde petitas, neq; verò ita potest dividi, ut apud Logicos in arbore Porphiriana dividitur Substantia. Porrò divisiones ejus seu Genera sunt ista.

NOMEN.

- *Ratione*
  - *Syntaxis est duplex: Substantivum & Adjectivum.*
  - *Speciei est duplex: Primitivum & Derivativum B.*
  - *Figuræ est triplex: Simplex, Compositū, & Decōpositū.*
  - *Declinationis duplex: Analogum & Heteroclitum.*
  - *Terminationis triplex: unius terminationis, duarum & trium.*
  - *Intensionis, Comparabile & Incomparabile.*
  - *Lingua, Græcum, Latinum, Hebraicum, &c.*
  - *Usus, Obsoletum, usitatum, rarum*
  - *Utentium Poëticum, Oratoricum, Historicū, Cōmune.*
  - *Significationis, Mononymum, Synonymū, Homonymū.*
- *Adjectivum.*
  - *Proprium.*
  - *Commune.*
    - *Ambiguum,*
    - *Partitivum,*
    - *Redditivum,*
    - *Interrogativū.*
    - *Responsivum.*
      - *Quantitatis.*
      - *Qualitatis.*
      - *Numeralia.*
      - *Ordinalia.*
      - *Multiplicativa.*
      - *Distributiva.*
- *Substantivum.*
  - *Appellativum*
    - *Collectivum, &*
    - *Simplex.*
  - *Proprium ++*
- *Proprium, ++*
  - *Deorum, & Dearum, Gentilium,*
  - *Angelorum & Hominum,*
  - *Animalium & Bestiarum,*
  - *Stellarum & Mensium.*
  - *Ventorum & Fluviorum,*
  - *Fontium & locorum.*
    - *Pronomen*
    - *Nomen.*
    - *Cognomen*
    - *Agnomen*
    - *Insularū*
    - *Regionū.*
    - *Urbium.*
    - *Montium*
- B. *Derivativum.*
  - *Denominativū,*
  - *Verbale,*
  - *Participiale,*
  - *Adverbiale,*
    - 1. *Patronymicū,*
    - 2. *Generale*
    - 3. *Imitativum*
    - 4. *Diminutivum.*
    - 5. *Possessivum*
    - 6. *Materiale.*
    - 7. *Locale.*

Primi-

Primitivum est, *quod à nullo derivatur*, ut *aurū*, *lignū*. Derivativum ut *aureus*, *ligneus*, *Angelicus*. Simplex Nomen est, *dictio una ex aliis vocibus non composita*, ut *placabilis*, Compositum est, *una dictio ex duabus vocibus composita*, ut *explicabilis*, Decompositum est *una dictio ex tribus vocibus composita*, ut *inexplicabilis*. Analogum est, *quod cum aliis similem habet Declinationem*, *atq; cætera accidentia*, ut *via*, *mensa*, *&c.* Mononymum est, *cui uni unum correspondet significatum*, ut *Homo arbor*. Synonymum est, *quod cum aliis diversis vocabulis unam eandemq; rem significat*, ut *mucro ensis gladius*, *&c* Homonymum est, *cui uni plura correspondent significata*, ut *canis*, *lupus*, *taurus*. Adjectivum proprium est, *quod affectionem uni individuo propriam significat*, ut *Quirinus*, *Gradivus*, *Cracoviensis*, *&c*, Adjectivum Commune est, *quod affectionem multis communem significat*, ut *albus*, *longus*, *&c.* Ambiguum est, *quod & Substantivum & Adjectivum esse potest*, ut *amicus*, *Rex*, *senex*, *dives*, *Princeps*. Substantivum *tunc*, *quando illi additur Adjectivum*, ut *amicus meus*, *Rex potens*. Adjectivum *verò tunc*, *quando ipsum additur alicui Substantivo*, ut *Regnum*, *Comes*, *populus*, *Rex*, *Vir*, *Princeps*.

Partitiva, *Aliquis alius*, *alter*, *alteruter*, *nemo*, *neuter*, *nullus*, *pleriq;*, *quidam*, *quivis*, *quicunq;*, *quilibet*, *quisquis*, *quispiam*, *quisquam*, *quisq;*, *quotus*, *solus*, *unus*, *unusquisq;*, *uter*, *uterque*, *utercunque*, *uterlibet*, *utervis*, *omnis*, *cunctus*, *multus*, *&c.* *Est autem Nomen Partitivum illud*, *quod aut multa sigillatim aut unum è multis significat.*

Redditiva, *ut Tantus*, *quantus*, *talis*, *qualis*, *tot*, *quot*, *&c.*

Responsivum qualitatis est, *per quod respondemus ad* Qualis, *ut albus*, *doctus* *&c.* Quantitatis *ut magnus*, *longus*, *bicubitalis*, *&c*, Numeralia, *ut unum*, *duo*, *tria*, *quatuor*, *quinque*, *sex*, *&c.*

Ordinalia, *ut Primus*, *secundus*, *tertius*, *quartus quintus &c.*

Distributiva, *ut Singuli bini*, *terni*, *quaterni*, *quini*, *seni*, *septeni*, *noveni*, *deni*, *viceni*, *centeni*, *duceni*, *milleni*, *&c.*

Multiplicativa, *ut simplus*, *duplus*, *triplus*, *quadruplus*, *quintuplus*, *sextuplus*, *septuplus*, *centuplus*, *decuplus*, *&c.*

Collectivum *est, quod in Singulari multitudinem significat, ùt: Agmen, catus, cohors, concio, congregatio, exercitus, Gens, Populus, grex, plebs, turba, &c.* Simplex *est, quod non est Collectivum, ùt: Homo, Leo, arbor, &c.*

Proprium Nomen Hominum *est quadruplex: Pronomen. Nomen, Cognomen, Agnomen, ùt: Marcus Tullius Cicero; Parens Patriæ Publius Cornelius, Scipio. Africanus.*

Pronomen *significat cujusq; Proprium Nomen quod modò in Baptismate solet conferri, apud Romanos verò in Lustricis diebus dabatur. Hoc distinguit ejusdem Familiæ Personas, ùt: v. g. Fratres.*

Nomen *est illa denominatio, quæ ex Confirmatione Episcopali vel Pronomine Parentis, vel ex insigni (quod vulgo Stemma dicitur) vel etiam à primo talis Insignis Auctore habetur, hoc ponit differentiam inter eos, qui diversis gaudent insignibus.*

Cognomen *est illud Nomen, quod toti Familiæ ex virtute vel vitio, vel aliquo eventu imponitur, & discernit unius ejusdemq; Insignis seu Stemmatis Familias.*

Agnomen *significat illud Nomen, quod sibi quisq; virtute, vel vitio, vel certè nomine, vita, vel alia ratione acquirit, ùt: Cardinalis, Episcopus, Palatinus, Castellanus, &c.*

Denominativũ *est, quod à voce, quæ est Nominis Partis, derivatur, ùt: Aureus, terrenus, fortitudo, multitudo, ignavia, pietas, vinolentus, à vino, saluber, à salus, ovile, ab ovis.*

Verbale *est, quod à voce, quæ est Verbi Partis, nascitur, ut: Lectio, Auditor, docilis, judicium, cubile, ultrix, arx, ab arceo, periculum, à pereo, &c.*

Participialia, *ùt: Sapiens, consequens, antecedẽs, negligens, &c.*

Adverbialia, *quæ ab Adverbiis deducuntur, ùt: hodiernus, hesternus, crastinus, &c.*

Patronymicum *est, quod significat Filium, vel Filiam, Nepotem, vel Neptem, Incolam, vel Successorem sui primitivi, ùt: Lechiades, Jagelloniades, Priamides. Majades, &c.*

Gentile seu Patrium est, *quod significat Gentem vel Patriam, ùt: Polonus, Lithvanus, Italus, Cracoviensis, Vilnensis &c.*

Imitativum *est, quod imitationem significat, ùt: Christianus, Benedictinus, Dominicanus, Franciscanus, Bernardinus,*

Scotista, Thomista, Parasiaster, Philosophaster, &c.

Diminutivum, *quod sui Primitivi diminutionem significat, ut: Homuntio, lapillus, pusio puellus, filiolus, flosculus, fraterculus, sororcula, tenellus, parvulus, ingeniolum, pisciculus, pauperculus, misellus, &c.*

Possessivum, *quod significat Possessionem, ut: Herculeus, Homericus, Cæsareus, Regius, humanus. &c.*

Materialia, *ut: Argenteus, ferreus, ligneus, crystallinus, colurnus, &c.*

Localia, *ut: Officina, tonstrina, Auditorium, olivetum, bustum, &c.*

De Accidentibus Nominis.

Accidentia seu Attributa Nominis, & aliarum partium ferè omnium ab aliis plura, ab aliis verò pauciora assignantur.

Figura *est Accidens, ostendens, quæ sit simplex, quæ Composita, & quæ Decomposita dictio. Dictio* simplex, *quæ ex nullo componitur, ut: ductio,* Composita, *quæ ex duabus vocibus, coalescit, ut: inductio,* Decomposita, *quæ ex tribus componitur ut: superinductio.*

Species *est accidens vocis originem declarans, & Primitivam Dictionem à Derivativa distinguens. Estq; duplex;* Primitiva, *quæ docet vocem à nullo formari, &* Derivativa, *quæ ostendit ab aliquo alio vocabulo deduci.*

Genus *in Nomine, est quædam discretio vocabulorum, discernendo sexui & Syntaxi Adjectivorũ maximè conveniens, Sex Generibus Nominum additur adhuc Epicænum, sed cognitio Generis Epicæni præsupponit cognitionem Generis Masculini vel Feminini, neq; ipsa sola sufficit, ut v. g. ubi sciveris hanc vocem aliquam esse Generis Feminini, tum demum cogites, an sub uno articulo significat marem & Feminam. Genere autem Epicæno non utimur, nisi in distinguendo sexu, idq; tantùm avium, piscium, repentium, & insectorum, scilicet tali ratione: Mas Aquila, femina aquila; item mas passer, femina passer. Vox autem ipsa semper erit aut Masculini aut Feminini Generis.*

Declinatio *est Accidens, quod dictiones per Numeros & Casus, inflectere docet. Sunt autem quinque Nominum Declinationes.* Prima *est, cujus Genitivus Singularis exit in æ,*

vel

vel es, & Pluralis in arum. Secunda, *cujus Genitivus Singularis desinit in* i, *& Pluralis in* orum &c.

Numerus *est Accidens, quod vocem Singularem à Plurali distinguit. Nomina Collectiva sunt voce singularia sed intellectu Pluralia, ut: Turba, cohors &c.* Hæc verò: *Venetiæ, Nuptiæ, sunt voce Pluralia, & significatione Singularia.*

Casus *est Terminatio vocis, & indeclinando variatio, Casus sunt duplices; Recti, & Obliqui,* Recti *sunt duo: Nominativus & Vocativus,* Obliqui *quatuor: Genitivus, Dativus, Accusativus, & Ablativus. Genitivus, Gignendi seu Patrius, seu interrogandi vocatur, Ablativus aliter vocatur: Casus Latinus, quia Græci carent Ablativô.*

Comparatio *est Adjectivi comparabilis per Gradus Comparationis ductio.*

De Accidentibus Verbi.

Genus *in Verbo est ipsa Verbi significatio, seu Accidens quod significationem Verbi per terminationem ostendit.*

Quid est Conjugatio?
1. *Est ratio Conjugandi Verba per Modos, Tempora, Numeros, & Personas.*
2. Analoga? *Est Communis & Generalis Analogorum Verborum conjugandorum forma.*
3. Anomala? *Est Singularis certi alicujus Verbi Anomali conjugandi ratio, Communi & Generali formæ dissimilis.*

Modus, *est Accidens, quo voluntas & affectio animi per vocem consignificata declaratur. Modi sunt duplices Finiti & Infiniti.* Finiti 6. *Indicativus Imperativus, &c.* Infinitus, *seu* Infinitivus *unus.*

Tempus, *est Accidens, quod vel præsentem, vel præteritam, vel futuram actionem, aut passionem significat.*

Persona *est Accidens, quod statum, seu conditionem, seu dignitatem vocum ostendit.*

Verbum *ratione Speciei, aliud est* Primitivum, *ut:* Rogo, *aliud* Derivativũ *ut: Rogito, &c. Verbum* Derivativum

 est quin-

est quintuplex: Desiderativum, Frequentativum, Inchoativum, Imitativum, & Diminutivum.

Desiderativum seu Meditativum *est, quod affectum & desiderium ad rem aliquam significat, ut: Cænaturio, esurio; formatur verò à Supino, mutatò m, in rio, ut: à partum, fit parturio, à nuptum fit nupturio.*

Frequentativum *seu* Iterativum est, *quod frequentem actionem significat, ut: clamito, cursito, dictito, nato, salto, &c.* id est; *frequenter clamo, curro, dico, no, salio.* Frequentativa *Verba terminantur, aut in* To, *aut in* So, *aut in* Xo, *formanturq; à Supino mutato aliquando* atum in ito, *ut: à Volatum, fit Volito, à rogatum, fit rogito, ab imperatum, imperito, &c. aliquando* um, *in* ito, *ut: à lectum, fit lectito, ab hasum, fit hasito, &c. aliquando etiam* um *in* o, *ut: à mergo, mersi, mersum, fit merso, à necto, nexum, fit nexo, à curro, cursum, fit curso, &c. Secundò à tertia Persona Indicativi Præsentis, additâ literâ* o, *ut ab ago, agis, agit, fit agito, à quæro, quæris, quærit, fit quærito, à fugio, fugis, fugit, fit fugito.* Hæc quinque Verba, *sector, amplector, polliceor, &c.* sunt frequentativa.

Inchoativum *seu* Inceptivum *quod rem inchoatam seu inceptam significat, &* desinit in sco, *ut: calesco,* id est; *incipio calere; nascitur autem tale Verbum, aut à Secunda Persona Singularis Præsentis Indicativi, addito,* eo, *ut: à Labo, labas, fit labasco, sic frigesco, tepesco, albesco, horresco, &c. aut etiam aliunde, ut ditesco, repuerasco, &c.*

Imitativum est, *quod imitationem significat, & desinit in* sso, zo, or, *ut: Patrisso, Platonizo, Bacchor, cornicor, &c.*

Diminutivum est, *quod sui Primitivi diminutionem significat, desinit in* illo, *vel* ico, *ut: Sorbillo, Vellico, fodico &c.*

Verba Inchoativa *per tertiam,* Desiderativa *per quartam,* Frequentativa *verò* Imitativa *&* Diminutiva *per primam sunt inflectenda Conjugationem. Cœtera hic dicenda, quæ nunc consultò prætermisimus, & opus esse videbantur, aliàs proponemus.*

Finis Libri Secundi.

GRAM-

GRAMMATICARUM INSTITUTIONUM LIBER III, DE SYNTAXI, SEU De recta Partium Orationis inter se Compositione.

Ex quo præter ipsa Præcepta, quæ sunt per Tabulas tradita, lectissimisq́ Sententiis illustrata; & per Capita, Numeros, atq́ Regulas divisa; reciprocorum usum, Figuras Syntaxeos, Futuri Infiniti supplendi rationes, & nonnullarum Regularum inter se affinitatem facile Tyrones cognoscent.



SYNTAXIS.

1. Est pars Grammaticæ, quæ docet duas vel plures voces inter se rectè conjungere, id est, juxta, *Genus, Casum, Modum, Tempus, Numerum, Personam, & Gradum Comparationis construere*, v. g. non dicere: *Mater meus*, sed, *Mater mea*, non dicere: *adjuvo tibi*, sed, *adjuvo te*, *&c.*

2. Ratione vocum conjungendarum est duplex: *Simplex, & figurata.*

3. Simplex, est quæ docet voces conjungere, ut nihil desit, nihil redundet, nihil suo locô absit, & nihil immutetur, aliter vocatur: *Justa, Plana, & Plena.*

4. Figurata est, quæ ita voces conjungit, ut aliquid aut desit, aut redundet, aut suo locô absit, aut immutetur.

5. In Septem Accidentibus consistit: *in Genere, Modo, Tempore, Numero, Persona, & Gradu Comparationis.* Quibus additur *Ordo, & delectus. Ordo docet* non dicere: *enim ego*, sed, *ego enim*, non dicere: *volo nam scribere*, sed, *nam volo scribere. Delectus docet*, non dicere: *Quis vestri*, sed, *quis vestrûm*, non dicere: *à igne*, sed *ab igne*. *&c.* vide annot: 1.

6. Ratione Accidentium, in quibus consistit, & circa quæ versatur, est duplex, *s.* Convenientiæ & Regiminis.

7. Convenientiæ est: quando vox, quæ regitur, Dictioni Regenti in præscriptis Accidentibus assimilatur, quando scilicet Regens dictio, & præscribit Accidentia, & servat eadem, *ut: Mensa alba*, hic *Mensa* præscribit Accidentia huic voci *alba*, nempe *Genus Fæmininum, Numerum Singularem, Casum Nominativũ*, quæ tria Accidentia ipsamet vox *Mensa* habet.

8. Regiminis est, quando Dictio, quæ regitur, in præscriptis Accidentibus *Regenti* per se, non assimilatur: quando scilicet *Regens* præscribit Accidentia, quæ ipsa nec servat, nec habet; ut *Liber Pauli.* Hic vox *Liber* præscribit *Casum Genitivum*, huic voci *Pauli*, ipsa tamen vox *Liber*, non est *Casus Genitivus*, sic *Væ tibi*,

SYNTAXIS.

1. Penes *Genus*, *Numerum*, *Personam* est *Convenientia*, penes *Modum*, *Tempus* & *Gradum*, est *Regiminis*. penes *Casum*, modò *Convenientiæ*, modò *Regiminis*.
2. Convenientiæ est quadruplex.
   1. *Verbi cum Nominativo*, Cap: 1.
   2. *Adjectivi cum Substantivo*. Cap: 2.
   3. *Relativi cum Antecedente*, Cap: 2.
   4. *Duorum Substantivorum*, Cap: 3.
3. Regiminis est quadruplex, penes. *Casum*, *Modum*, *Tempus*, & penes *Gradum*.
4. Regiminis penes *Modum* est quadruplex, quia quatuor partes regunt *Modum*.
   1. Nomen, *Cap:* 16.
   2. Verbum, *Cap:* 16.
   3. Adverbium, *Cap:* 20.
   4. Conjunctio. *Cap:* 21.
5. Regiminis penes *Tempus & Gradum*, est simplex: quia sola Adverbia regunt *Tempus & Gradum*. Cap: 20. 19.
6. Regiminis penes *Casum*, est septuplex, quia septem partes regunt *Casum*, Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Adverbium, Præpositio, Interjectio.

1. Nomen Substantivum regit.
   1. *Genitivum*, Cap: 4.
   2. *Ablativum*, Cap: 4. & 6.
2. Nomen Adjectivum regit.
   1. *Genitivum*, Cap: 4.
   2. *Dativum*, Cap: 5.
   3. *Accusativum*, Cap: 5.
   4. *Ablativum* Cap: 6. & 7.
3. Pronomen regit *Genitivum*, Cap: 8.
4. Verbum regit.
   1. *Genitivum*, Cap: 11. 12. 9.
   2. *Dativum*, Cap: 13.
   3. *Accus: ante se* Ca: 10. *post se*, Cap: 14.
   4. *Ablativum*, Cap: 15. 10. 9. R. 9.
5. Participium regit *Casum sui Verbi*, Cap: 18.
6. Adverbium regit *Nominativum*, *Genitivum*, *Dativum*, *Accusativum*, *Ablativum*, Cap: 19.
7. Præpositio regit *Accusativum & Ablativum*, Cap: 23.
8. Interjectio regit *Nominativum*, *Dativum*, *Accusativum*, *Vocativum*, Cap: 23.

Regulæ

Regulæ Generalissimæ.

1. Quod Accidens præscribit vox Regens, in eo debet poni vox, quæ regitur, *vel*, quot & quæ Accidentia præscribit vox regens, tot & talia debet observare dictio, quæ regitur: *ut: Scamnum breve:* Declaratio *hic, quia vox regens ista:* Scamnum, *tria accidentia præscribit,*

1. Genus Neutrum. 2. Numerum Singularem. 3. Casum Nominativum, *ideo etiam vox recta, scilicet:* Breve, *hæc tria Accidentia observat & habet.*

2. Quem Casum habet post se
1. Nominativus, eundem etiam reliqui Casus admittunt, ut: *Filius Regis, Filii, o, um, i, o, ii, orum, is, os, Regis.*
2. Numerus Singularis, eundem etiam Pluralis habebit, ut: *Dives agris, & divites agris.*
3. Positivus gradus, eundem etiam Comparativus & Superlativus regere possunt, ut: *Amans Patriæ, amantior, amantissimus Patriæ.*
4. Indicativus, eundem etiam reliqui Modi recipiunt, ut: *Amo Deum, ama, amem, amare Deum.*

CAPUT I.

De Convenientia Verbi cum Nominativo.

1. Verbum Finiti Modi, cum uno Nominativo aperto vel occulto in eodem Numero & Persona concordat.
Cic: *Ratio præsit, appetitus obtemperet.* Cic: *Legi tuas Literas.* Sen: *Laus vera & humili sæpe contingit Viro.*

Declaratio, *Vi Regulæ est* Ratio præsit. *Hic Verbum Finiti Modi est* præsit, *Nominativus apertus est* Ratio, *concordat autem Verbum* præsit *cum Nominativo isto* Ratio: *in eodem Numero & Persona, ut Regula docet, quia, sicut* Ratio *est Numeri Singularis, ita* præsit *est Numeri Singularis, sicut* Ratio *est Personæ tertiæ, ita* præsit *est etiam Personæ tertiæ. Similiter in hoc exemplo:* Legi tuas Literas, *Verbum F. M. est* Legi, *quod cum Nominativo occulto s. isto* Ego *in eodem Numero & Persona cohæret.*

2. Ver-

2. Verbum F. M, respiciens plures Nominativos copulatos aut Nominativum cum Ablativo, qui sunt Personæ,

1. Ejusdem, in Persona eadem cum illis concordat, & in Numero Plurali ponitur. Plau: *Fames & mora, bilem in nasum conciunt.* Cic: *Catulus & Hortensius dissentiunt.* Virg: *Remus cum Fratre Quirinus jura dabant.*
2. Diversæ, in Numero Plurali ponitur, & cum digniore Persona concordat (scias autem primam Personam esse digniorem secundâ & tertiâ, Secundam verò digniorem tertiâ) Hor: *Ego & Vos scimus.* Cic: *Si tu & Tullia valetis, ego & Cicero valemus.* Virg: *Divellimur inde Iphitus & Pelias mecum.*
3. Aut ejusdem, aut diversæ, sæpissimè cum uno Nominativo viciniore, in eodem Numero & Persona concordat. Cic: *Vos, vos & Senatus restitit.* Ovid: *Tu cum Fratre præmia feres.* Cic: *Animum tuum mærori mecum dedisses.*

3. Interdum Verbum Finiti Modi in Numero Singulari & Persona tertia, locô Nominativi concordat cum Verbo Infiniti Modi, aut cum aliquo Membro Orationis. Horat: *Virtus est vitium fugere.* Pers: *Pulchrum est digitô monstrari.* Cic: *Quod meum negotium curasti, fuit mihi gratum.*

4. Omne Verbum F.M. duos Nominativos simul, unũ ante se

1. Habere potest, cùm res pertinet ad idem. Cic: *Stylus est optimus Magister dicendi.*
2. Diversi Numeri habens, sæpiùs in Plurali, quàm in Singulari ponitur. Sen: *Magnæ divitiæ sunt lege naturæ composita paupertas.* Ovid: *Vestes, quas gerimus, sordida lana fuit.* Annotat: 1.

5. Interdum Verbum cum Nominativo, Adjectivum cum Substantivo, Relativum cum Antecedente, non ratione vocis, sed ratione sensûs & rei significatæ, in Numero vel Genere, vel utroque simul concordat. Ovid: *Turba ruunt.* Liv: *Samnitum tria millia cæsi.* Ter: *Ubi est ille scelus, qui me perdidit.*

CAPUT II.

De Convenientia Adjectivi cum Substantivo, Relativi cum Antecedente.

1. Adjectivum cum uno Substantivo aperto vel occulto in eodem Genere, Numero, & Casu cohæret, Cic: *Summum jus, summa injuria.* Ovid: *Et sanis ipsis longa senecta nocet.* Cic: *Venit ad me recta s, Via.* Annot: 11.

Declaratio. *Vis Regulæ est*: jus summum. *Hic Adjectivum* summum *Substantivum est* jus, *concordat autem Adjectivum* summum *cum Substantivo* jus *in eodem genere, Numero & Casu, ut Regula docet, quia, sicut* jus *est Generis Neutri, ita* summũ *est generis neutrius sicut* jus *est Numeri Singularis, ita* summum *etiam Numeri Singularis, sicut* jus *est Casus Nominativi, ita* summum *est etiam Casûs Nominativi.*

2. Adjectivum cum pluribus Substantivis copulatis, quæ sunt Generis

1. Ejusdem, in eodem Genere, & Casu concordat, sed in Plurali Numero ponitur. Just: *Misericordia & perfidia in eo pari jure dilecta.* Liv: *Hipocrates & Epicides nati Carthagine.* Apull: *Juno cum Minerva tristes.*

2. Diversi, in eodem Casu concordat, sed in Plurali ponitur, & cum digniore Substantivo in Genere cohæret (illud Substantivum est dignius, quod est generis dignioris. Est autem Masculinum dignius Fæminino & Neutro, & Neutrum dignius Faminô) Ter: *Pater mihi & Mater sunt mortui.* Ovid: *Ilia cum Lauso de Numitore sati.*

3. Aut ejusdem, aut diversi, sed ferè inanimata, in Casu concordat: sed in Plurali Numero & in Neutro Genere ponitur sæpissimè, Sall: *Nox & præda sunt hostem remorata.* Serv: *Urbs & Templum sunt dedicata.*

4. Aut ejusdem, aut diversi, construendum sæpe & eleganter cum viciniore Substantivo, in eodem Genere, Numero, & Casu cohæret, ut *Culter & scamnum fractum.* Cic: *Nobis inter nos sive incommoda vitæ, sive injurias esse tolerandas judico.*

3.

3. In his Exemplis: *Fama malum, triste lupus, turpe senex miles, turpe senilis amor, &c,* Adjectivum Neutrum pro Substantivo ponitur, sicq; explicatur: *Res mala, res tristis, res turpis,* ùt: *fama malum,* id est, *fama est res mala.*

4. Ut Adjectivum cum Substantivo uno vel pluribus concordat, ita etiam concordabit
1. Pronomen, Nomen, Cognomen, Agnomen, ùt: *Marcus Tullius Cicero Pater Patriæ.*
2. Relativum cum Antecedente uno apertè vel occultè iterato. Psal: *Beatus Vir, qui timet Dominum.* Cic: *Diem scito esse nullum, quo die non dicam pro reo.*

5. Relativum debet esse Singulare & Neutrum, cujus Antecedens est Membrum Orationis, non verò unum vocabulum. Ter: *In tempore ad eum veni, quod est omnium primum.* Cic: *Unum objicitur natum esse Gadibus, quod nemo negat.*

6. Relativum *Qui, quæ, quod,* & Participium diversi Generis, aut Numeri Substantivis serviens, sæpius cum priore naturâ simpliciter, quàm cum posteriore figuratè in eodem Genere, Numero, & Casu cohæret. Cic: *Nasica, qui est corculum appellatus.* Idem: *Carcer, quæ Latumiæ vocantur.* Livi *Patres ab honore, Patriciiq; progenies eorum appellati.*

CAPUT III.

De duorum Substantivorum Convenientia.

1. Duo Substantiva eandem rem significantia in eodem Casu concordant, imò & in Numero, præter collectiva & Numerô Singularî carentia, ùt: *CHRISTUS Dominus, MARIA Virgo, Frater Stanislaus, Vistula Fluvius, Urbs Athenæ, Aborigenes genus hominum agreste, opes irritamenta malorum.*

2. Duo

2. Duobus vel pluribus Substantivis diversis copulatis additur tertium priora respiciens ejusdem Casus, sed Pluralis Numeri, vel etiam Singularis: ut: *Petrus & Paulus Apostoli*, vel *Petrus & Paulus Apostolus*. Cic: *Lentulo & Marco Consulibus*, vel *Lentulo & Marco Consule*.

3. Interdum Substantivorum eidem rei convenientium, alterum in Genitivo ponitur per primam Regulam Capitis 4. Cic: *Crimen avaritiæ, perditionis*. & sic etiam: *Virtus fortitudinis, peccatum superbiæ*. Cic: *In Oppido Antiochiæ*.

4. In quo Casu ponitur interrogatio: *Quis, qualis, quotus, quantus*, exceptô *quanti*, in eodem etiam debet poni responsio, quæ non fit per Pronomen Possessivum, ut: *Cui studes? Grammaticæ. Quem vidisti? Paulum. Qualem habes vestem? Laceram.*

CAPUT IV.

De Nomine Genitivum regente.

1. Substantivo Nomini aperto vel occulto, adjungitur alterum Substantivum diversam rem significans in Genitivo Casu. Sall: *Animi imperiô, corporis servitiô magis utimur*. Cic: *ad Castoris s. ædem*. Idem. *Castra aberant bidui s. itinere*.

2. Genitivū regunt post se Substantivè posita Adjectiva ista Neutra	1. Singularia: *Multum, plus, plurimum, minus, minimum, tantum, quantum, reliquum, obscurum, medium, &c.* Cic: *Impertio tibi multum salutis*. Plaut: *Plus mali illico adest, boni sibi obtigit quidquam*.
	2. Pluralia: *Abdita rerum, angusta & lubrica viarum, incerta fortunæ, occulta saltuum*.

3. Uni Substantivo adjungitur alterum Substantivum aut in Genitivo, aut in Ablativo, habens Adjectivum laudis vel vituperationis. Juv: *Ingenui vultus puer*. Tac: *Vir imperiosô ingeniô*. Plin: *Homo nullis literis*.

4.

4. Genitivum post se habent

1. Nomina Adjectiva ista: *Avidus, cupidus, studiosus, memor, immemor, tenax, compos, particeps, gnarus*, & plurima alia. Pers: *Vive memor lethi.* Cic: *Omnes immemorem beneficii oderunt.*

2. Participia Præsentis & Præteriti Temporis, dum fiunt Nomina, ut: *Fugiens, patiens, servans, doctus, consultus, expertus*, & alia. Salust: *Alieni appetens, profusus sui.* Cic: *Amans Patriæ, sitiens virtutis.*

5. Genitivum Pluralem aut Ablativum cũ præpositione *de, e, ex*, aut Genitivũ Singularem collectivum admittunt

1. Adjectiva Partitiva ista: *Aliquis, alter, alius, nemo, nullus, neuter, &c.* Plin: *Nemo mortalium omnibus horis sapit.* Cic: *Quidam è Philosophis.* Curt: *Qui bellum gentis ferit.*

2. Numeralia, & quævis Adjectiva partitivè & distributivè sumpta. Curt: *Octoginta Macedonum.* Idem: *Singuli vestrûm.* Plin: *Lanarum nigræ nullum colorem bibunt.* Idem: *Ovorum oblonga.* Cic: *Multi de victoribus.* Item. *Secundum erat de tribus.*

3. Comparativa & Superlativa, Cic: *Zeno istorum acutissimus.* Plin: *Animalium fortiora.* Cur: *Priores eorum intromitti jubet* Cic: *Totius Græciæ doctissimus Plato.* Plin *Velocissimus animalium lepus.* Cic: *Ex omnibus audacissimus.*

4. Solus & unus pro solo. Cic: *Unus è Stoicis.* Plin: *Unus omnium.* Cic: *Unus è Philosophis, soli Philosophorum, vel ex Philosophis.*

6. Comparativa & Superlativa pro Genitivo Plurali Accusativum cum Præpositione *Inter* vel *ante* aliquando habent. Quint: *Inter nos fortior est.* Virg: *Ante alios immanior.* Sen: *Crassus inter Reges opulentissimus.* Plin: *Fidelissimi ante omnia homini canes & equi.*

CAPUT

CAPUT V.

De Adjectivis Dativum & Accusativum regentibus.

1. Dativi gaudent Adjectiva ista:

1. *Carus, gratus, jucundus, utilis, aptus, propitius, contrarius, benevolus, molestus, facilis, &* alia multa. Cic: *Voluptas contraria honestati.*

2. *Obvius, pervius, obnoxius, supplex, consentaneus, concors, conterminus,* & alia ex *con* composita. Cic: *Mors est vitæ consentanea.*

3. *Flexibilis, amabilis, miserabilis, optabilis, affabilis, habitabilis, amandus, lugendus, colendus,* & alia verbalia *in bilis* & Participialia in *dus*, Passivè significantia. Hor: *Nulli flebilior, quàm tibi.* Stat. *Lugendus fratri jaceres.* Cic: *Aliis miserandus, aliis irridendus esse videtur.*

2. Hæc Adjectiva: *Latus, longus, crassus, profundus, altus,* Nomen mensuræ certæ in Accusativo, aut Ablativo sinè præpositione regunt frequenter, sed in Genitivo rarissimè. Plin. *Longum sesquipede, latū pede.* Liv: *Gladii quaternis cubitis longi.* Cato: *Trabes viginti duorum pedum longa.*

3. Adjectiva de toto dicta, & de parte tantùm intellecta, recipiunt Nomen Partis in Accusativo, sed sæpiùs in Ablativo sinè præpositione. Virg: *Os humerosq; DEO similis.* Mart: *Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine læsus.* Cic: *Lingua hæsitans, voce absonus.* Idem: *Cætera egregius, cætera doctus.* Virg: *Qui Crassa genus Pholoe.*

CAPUT

Caput VI.

De Nominibus Ablativum admittentibus.

1. Ablativum Causæ, Modi instrumenti aut alterius similis circũstantiæ, sinè præpositione habêt post se

1. Substantiva Appellativa nonnulla: Cic: *Ætate & pietate filius, beneficiô Parens, amore frater*, sic dicimus: *Nomine Petrus, titulô Doctor, Dei gratia Rex.*
2. Adjectiva plurima. Ovid: *Fit dulcis mercede labor.* Horat: *Carmine fit vivax virtus.* sic etiam: *Insignis genere, pallidus morte, manu promptus, loquacitate molestus, Adria genere, Polonus natione, decem numero, sextus ordine.*

2. Hoc vocabulum. *Opus est* positum

1. Substantivè, regit Dativum Personæ & simul Ablativum rei. Cic: *Tuô consiliô nobis opus est.* Valer: *Non est opus eo Cive Reipublicæ, qui parere nescit.*
2. Adjectivè, cũ quovis Substantivo in Genere Numero, & Casu cohæret. Plaut: *Opus sunt milites.* Cic: *Dux nobis & Auctor opus est.*

3. Comparativo additur rei superioris seu inferioris.

1. Ablativus sinè Præpositione. Cic: *Virtus est pretiosior aurô.* Idẽ. *Sũt facta verbîs difficiliora.*
2. Cum particula *quàm* Casus ille, in quo etiam ponitur ipse Comparativus. Ter: *Callidiorem vidi neminem, quàm Phormionem.*
3. Nominativus cum Verbo Substantivo & particula *quàm*, ut: *studiosiorem neminem habes tui, quàm ego sum.*
4. Aliquis ex his Ablativis: *Æquô, dictô, solitô, justô, spe, opinione.* Quint: *Membrum longius justô est tardum.* Cic: *Majorem opinione omnium cæpi dolorem.*

4. Abla-

4. Ablativum cum Præpositione *In*, multa post se habent Adjectiva. Quint: *Eminentissimus in Eloquentia.* Plin: *Parci in victu, modici in cultu.* Just: *Primus in fuga, ultimus in prælio.* Liv: *Segnes in bello.*

5. Ablativum cum Præpositione *A* vel *Ab*, admittunt Adjectiva
1. Diversitatis, *ut: alter, diversus.* Cic: *Hoc est diversum à reliquis.* Vir: *Alter ab illo.*
2. Ordinalia: *Secundus à Rege.* Cic: *Quartus ab Arcesila.*
3. Hæc duo: *alius & tutus*, & interdum per Hellenismum sinè Præpositione. Sen: *Nihil à vetustate tutum.* Horat: *Alius sapiente bonoq;.*

CAPUT VII.

De Adjectivis Ablativum, vel alium Casum habentibus.

1: *Plenus, locuples, satur, dives, refertus, egenus, indigus, pauper, inanis, expers.* Genitivum vel Ablativum sinè præpositione regunt. Cicero: *Vir fidè plenus.* Cic: *Homo officii plenus.* Cic: *Dives copiis.* Plaut: *Expers sis metu.* Cic: *Homo expers ingenii & consilii.*

2. *Dignus, indignus, truncus, viduus, onustus, cumulatus, captus, cassus*, sæpiùs & tutiùs Ablativum sinè præpositione, quàm Genitivum regunt. Cicero: *Dignus odiô* Cic: *Dignissima tuæ virtutis cura.*

3. *Vacuus, orbus, extorris, liber, purus, inops, immunis, nudus, securus*, habent post se Genitivum vel Ablativum, addita vel omissa Præpositione *A*, vel *Ab*. Cic: *Liber à metu, vacuus curis.* Virg: *Immunis belli.*

Alie

1. *Alienus* gaudet vel Genitivo, vel Dativo, sed Ablativo sæpissimè addita vel omissa Præpositione, *A*, vel *ab* Cic: *Homo à literis alienus, alienissimus alicui, alienum amicitia nostra, credo ejus dignitatis alienum.*
2. *Proximus* habet Dativum vel Accusativum addita vel omissa Præpositione *Ad* Sall: *Proxima Carthagini loca.* Cic: *Proximum Pompejum sedebam,* Ovid: *Proximus ad aliquem sedeo.*

CAPUT VIII.

De Syntaxi Pronominum.

1. Cum his tribus Pronominibus: *Ego, Tu, Sui,* ut Adjectivum in eodem Genere, Numero & Casu concordet debet aliquod Substantivum subaudiri. Teren: *Heu me miserum* Idem. *Inopis te nunc miserescat mei,* sic dices: *Heu me miserum hominem.*

2. Substantivo Nomini adjungitur Genitivus sive Singularis sive Pluralis horum Pronominum: *Hic, iste, ille, ipse, is, quis,* vel *qui.* Ter: *Cujus est hæc Vestis, Chorea.* Plaut: *Tua felicitas illius minimùm corrumpit.*

3. Pronomina Primitiva substantivè posita Genitivum regunt. Ter: *Quid negotii tibi est hic?* Cic: *hoc literarum ad te dedi.* Virg: *Tu mihi quodcunq; hoc Regni concilias.*

4. Possessiva *Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester,*
1. Cuilibet Genitivo Nominis, Pronominis, & Participii adjunguntur, Liv: *Noster duorum eventus,* Cic. *Ex tuo ipsius animo conjecturam cape.* Plin: *Post tuum Viri eruditissimi judicium.* Ovid: *Vt mea defuncti molliter ossa cubent.*
2. Pro Genitivo, sæpè habent Relativum, *Qui, qua, quod,* cum Verbo Participii. Ovid *Nunc mea scripta legis, qui sum submotus ad Istrum,* pro *mea submoti.*

5. Isti quinque Genitivi *Mei, Tui, ni, Nostri, Vestr.*

1. Passivè accepti, adjunguntur istis Nominibus: *Cura, solicitudo, memoria, copia, dolor, usus, utilitas, potestas, desiderium, &c*: Cic: *Grata est memoria nostri tua.*
2. Adjunguntur Nominibus istis, *Pars, nihil, aliquid, dimidium, reliquum, multum, plurimum, residuum, quidquam, &c.* Ter: *Tetigine tui quidquam.* Ovid: *Parte meliore mei super astra ferar.*

6. Genitivi isti: *Nostrûm & Vestrûm.*

1. Comparativis, Superlativis Numeralibus, & Partitivis adduntur Cic: *Majori vestrûm parti.* Teren: *Ne cui vestrûm sit mirum.* Liv: *Primus Vestrûm ô Juvenes.* Cic: *Vtriusq; nostrûm magni interest*
2. Aliquando ponuntur pro *Noster*, & *Vester* Cic: *Frequentia Vestrûm incredibilis* sic *Majores nostrûm* pro *nostri.*
3. Debent poni non autem *Nostri* aut *Vestri*, dum aliquis Genitivus Pluralis est ipsis adjungendus: Cic: *Patria est Nostrûm parens omnium.*

CAPUT IX.

De Syntaxi Circumstantiæ Loci.

Zkąd:

1. Ex loco motum. Verba significantia habent post se Nomen.

1. Proprium Urbis aut Pagi in Ablativo sinè præpositione. Cic: *Româ proficisci.*
2. Proprium Regionis, Insulæ, Montis, & aliarum rerum in Ablativo, addita e. vel ex præpositione. Cic: *Ex Syria egredi.*
3. Appellativum cujuslibet loci, in Ablativo addita *e* vel *ex* præpositione. Cic: *Ex eo loco Castra movi.*

2. Apud Ciceronem leges *Redire rure, exire domo, delata ad me è Domo Cæsaris, remigrare in domum veterem è nova, de domo deducere.* *Gdzie:*

Gdzie?

3. In loco quietem significantia Verba habent post se Nomen.

1. Proprium Urbis aut Pagi in Genitivo si est Primæ vel Secundæ Declinationis Numeri Singularis, (subaudito sæpiùs, quàm expresso Appellativo *In Urbe, in Oppido* vel etiam in Ablativo cũ Præpositione *in* addito vel omisso Appellativo) ùt *Studeo Cracoviæ, mansi Gedani* Cic: *Cum Laodiceæ, cùm Icenii essem, Albæ constiterunt in Urbe opportuna.* Plin: *In Nea Oppido Troadis. In Ephyra & Asso inveniuntur.*

2. Propriũ Urbis aut Pagi in Ablativo sinè Præpositione, si est Tertiæ Declinationis, aut etiam Pluralis Numeri. Cic: *Est Sycione, manet Athenis,* sic *fuit Leopoli.*

3. Proprium Regionis, Insulæ Montis, & aliarum rerum in Ablativo cum Præpositione *in.* Salust: *In Sycilia bellum geritur.* Cic: *Versari in Asia.*

4. Appellativum cujuslibet loci, vel quasi loci, in Ablativo cum Præpositione *in* Cic: *In Urbe florere.* Idem: *Frumenta aut in agris sunt, aut in villis.*

4. Ad *Ubi* Respondendo, dũ aliquid significatur.

1. In loco factum esse, & distantia loci est exprimenda, utemur Ablativo, addita vel omissa Præpositione ùt *Quarto ab Urbe Lapide, à tertio milliario,* vel Accusativo addita Præpositione, ùt *ad quintũ milliare.*

2. Extra esse vel fieri, vel factũ esse quodlibet Nomen ponemus in Accusativo additâ Præpositione apta quales sunt. *Ad, apud, penes, propè, cis, circa, &c.* Cur: *Castra ad Babylonem posuit.*

5. Rectè & Latinè dices: *est*.

1. *Ruri* vel *rure*, sed malè *in rure*. Ter: *Ruri se continebat*. Horat. *Nugaris rure Paterno*.
2. *Domi meæ, tuæ, suæ, nostræ, vestræ, alienæ,* & *in domo, mea, tua, sua, nostra, vestra, aliena*, Cic: *Malo esse domi meæ, quam alienæ*. Plin: *In domo mea convaluit*.
3. *Domi Cæsaris, vel in Domo Cæsaris*. *Est Domi Pauli, vel in Domo Pauli*, Cic: *Domi Lentuli educatus*. Cic: *In Domo Cæsaris fuit*.
4. *In Domo vidua, picta, nova, constructa*, sed malè *domi viduæ, pictæ, novæ, constructæ*, Ovid: *Sustinet in vidua tristia signa domo*.
5. *Domi* vel *In Domo* sed hic latet differentia, Sen: *Quidquid domi est, vile est*. Quint: *In domo factum est furtum*.
6. *Humi, belli, militiæ*, & *in humo, bello, militia*. Luc: *Humi jacet*: Cæs: *In bello magni captus intercedunt*.

Dokąd:

6. Ad locum motum Verba significantia habent post se Nomen.

1. Proprium Urbis aut Pagi, in Accusativo sinè Præpositione, Cic: *Athenas profectus est*. Gall: *Carthaginem rediit, Cracoviam venit*.
2. Proprium Regionis, Insulæ, Montis, in Accusativo addita *in* Præpositione, ut *Veni in Poloniam*. Cic: *In Hispaniam missus*.
3. Appellativum cujuslibet loci in Accusativo addita Præpositione *Ad* vel *In* Cic: *Ad Urbem ire*. Idem. *in castra veni*. Idem. *Cùm in Poloniam venissem*.

7. Cicero dicit: *Rus ire, in sua rura ire, domum & domos ire, ex una in aliam meliorem domum migrare*.

8. Propriis Nominibus Insularum imò & Regionum, aliquando, subtrahunt Præpositionem Authores, ad *Quò* respondendo, ut Cicer: *Filius Corcyram venit*: Virgil: *Ibitis Italiam*.

7. Per

7. Per locum Verba significantia motum, regunt post e Nomen & proprium, & Appellativum, in Accusativo cum Præpositione *Per*, aut si amphibologia non timetur, in Ablativo sinè præpositione. Cic: *Iter faciebam per Licaoniam, per Isauros, & per Capadociam.* Idem: *Iter Laodiceâ faciebam.* Idem: *Terrâ marique factæ insidiæ.*

8. Cicero dicit: *Vagari per Orbem terrarum, Vagari toto foro, Vagari tota Vrbe, Vagari in campo, Vagari in Vrbe, transire Mare, transire Euphratem, &c.*

9. Si Nomen Proprium Urbis, & Appellativum simul concurrunt, Appellativum semper suam; Proprium verò modô suam, modô Appellativi habebit Syntaxim. Cic: *Alba in Vrbe opportuna.* Plin: *In Nea Oppido Troadis.*

10. Casum Circumstantiæ loci eundem habet Verbale quem habet Verbum ipsius. Cic: *Duo aditus, ex Sycilia in Cyliciam.* Cæs: *Omni spe reditionis domum sublata.* Cic: *Profectus in Hispaniam.*

11. Respondendo per Nomen ad Interrogationem.

1. *Quàm procul, vel quàm latè?* utemur Accusativo vel Ablativo sine Præpositione, Cic: *Transversum unguem à recta conscientia discedere non oportet.* Idem. *Nullum cubitum processit.* Virg: *Tres ulnas patet.* Idem: *Longis passibus ibat.* Ovid: *Novem jugeribus distat ab imo.*

2. *Cujas* vel *unde?* utemur Nomine Proprio Urbis aut Pagi Adjectivo; vel etiam in Ablativo positô Substantivô addita Præpositione *A* vel *Ab* vel *Ex*, ùt *D. Thomas Aquinas, Livius Patavius.* Cæs: *Equites à Placentia.* Liv *Herdonius ab Aritia.* Ter: *Est è Corintho anus hæc.*

12. Pulchrè dicitur. *Abesse bidui, tridui, quatridui,* per Eclipsin Accusativi (*iter aut viam*) qui sæpè exprimitur. Cic: *Castra aberant bidui.* Cic: *Iter unius diei ab Amano absui,* Cæs: *Bidui viam processit.*

CAPUT

CAPUT X.

De Ablativo Abſoluto: Temporis, Modi, Cauſæ, Materiæ, Pretii, & Inſtrumenti.

1. Ablativus Abſolutus pluribûs dictionibûs conſtans & interdum unâ Participii Partis, Neutrius Generis, quibusvis addi poteſt verbis. Liv: *Seneſcentibûs vitijs matureſcit virtus.* Cic: *Lentulô & Marcô, Conſulibûs,* Sall: *Audito Rege in Siciliam tendere.* Cic: *Te uno excepto.* Idem. *Lectîs Literîs,* Hor: *Te Duce non ſinas.*

2. Omne Verbum admittit Ablativū ſine Præpoſitione cum reſpondetur per Nomen ad Interrogationem.

1. Quando? *Nemo omnibûs horis ſapit.* Idem. *Maria Plenilunio purgantur.* Cic: *Superioribûs diebûs veni.* Idem *Horâ quartâ Literas dedi.* Ovid: *Nocte dieq; legit.*

2. Quamdiu aut etiam Accuſativum & ſæpiùs quidem. Cic: *Triginta annis vixit.* Valer. *Trienniô continuô vexabatur.* Virg: *Tot annos bella gero.* Cic: *Duas horas unà fuimus.* Idem. *Biduum Loadiceæ fuiſti.* Idem *Unum annum audîſti.*

3. Quomodo? Cæſ: *Mira celeritate bellum conficitur,* Ovid: *Iniqua mente tulit,* Tac: *Adverſis animîs acceperunt,* Cæli *Magìs virtute, quàm dolô contendere decet.*

4. Quo inſtrumento, ſeu quanam re? Cic: *Cadere virgis.* Idem. *Venabulô beſtiam transverberavit* Virg: *Transadigo enſe.*

5. Quare? Cic: *Omnes deteriores ſumus licentiâ* Horat: *Oderunt peccare boni, virtutis amore.*

6. Ex qua Materia? Liv: *Capitolium ſaxô quadratô ſubſtructum eſt.* Virg: *Viminibus molliq; paras dextere unco.*

7. Quanti? Cic: *Grandi pecunia mercari.* Idem. *Tanta mercede nihil ſapere decet.* Juv: *Sex millibus emit.*

8. Respondere ad *Quàm citò* in utroque sensu ex his addiscas exemplis.

1. In primo sensu Liv: *Intra paucos dies, puncto temporis*, Cic: *Biduò, quadriduò, parvis momentis, brevi, in brevi, in diebus pauculis.*
2. In secundo sensu *Post diem tertium post aliquot dies, aliquot post menses, paucis pòst diebus, horâ pòst, annò post, intra septimum diem, secundum Calendas Januarias, exacto Mense, aliquot diebus interpositis.*

1. Præpositionem Polonicam cũ Casu ejus in Latina quoq; lingva exprimere licet post Verbũ respondendo ad

1. Quando Cic: *Ad nonum Calendas Julias veni, ad diem dictum fient, in tempus scripti versus, ad compositam horam.* Ter. *Rus ibo cum prima luce.* Horat: *Surgere de nocte.*
2. Quàm diu, Cic: *Per biduũ nemo agnoscebat.* Idem. *Per decem annos Provinciam tenuisti.*
3. Quomodo? Cic: *Bona cum venia audire, magno cum metu dicere.* Idem. *Quod per scelus adeptus est, per luxuriam ostendit, facere aliquid per dolum, per iram, per jocum;*
4. Quo instrumento? Cæs: *Per tela vulnera inferuntur.*
5. Ob quam causam? Plin: *Præ pinguedine dehiscit.* Quint: *Ex vino vacillat* Cic: *per negligentiam* Plaut: *Ex paupertate factus parcus.* Amm: *Nec defendendi præ altitudine erat copia.*
6. Ex qua materia? Plaut: *Ex ferro factum est.*

5. Ablativi isti, *Nimio, plurimo, immenso, minimo, dimidio, duplo, paululo, magno, permagno, modico,* adjiciuntur Verbis vendendi & emendi, &c. sæpius absque Substantivo, quàm cum Substantivo. Cic: *Vendere aliquid quàm plurimô.* Mart. *Parvô pretiô cùm diu liceret.*

6. Ista Adjectiva, *Tanti, tantidem, quanti, quantiquanti, quanticunq; minoris,* absque Substantivo in Genitivo, cum Substantivo in Ablativo ponuntur Cic *Emit tanti quanti voluit.* Liv *Quantô emeritus pretiô.*

7. Ut *majore pretio* non verò *pluri pretio*, ita in Genitivo *pluris* tantùm, non verò *majoris* dicere debemus. Liv: *Majore pretio redimi.* Coll: *Ædificamus pluris frequentiùs.*

CAPUT

CAPUT XI.

De Verbis Genitivum habentibus.

1. Sum quando significat.

1. Laudem vel vituperationem: quædam Nomina recipit tantùm in Genitivo, quædam tantùm in Ablativo, quædam verò in utroque. Ter: *Nullius sum consilii*, Plin: *Abrotonum est jucundi odoris*. Cic: *Animo forti & magno sit*, Idem *Mira sum alacritate*.

2. Possessorem, aut *pertinet* Genitivô gaudet Cic: *Judicis est semper verum sequi*. Quin: *Laudare se est vani, vituperare stulti. Hoc dictum est Platonis*.

3. Idem quod *habeo*, cum suis Compositis Dativum Personæ admittit. Virg: *Est mihi domi Pater, est injusta noverca, superest mihi pecunia*.

4. Idem quod *Affero, præsto, habeo*, duos simul regit Dativos, unum rei alterum Personæ: sed Dativus Personæ interdum reticetur. Cic: *Ut vobis honori, amicis utilitati, Reipublicæ emolumento esse possitis*. Idem. *Est mihi curæ ista res*. *Regulus exemplo esse potest nobis*.

5. Idem quod *Æstimor*, Genitivos istos *Tanti, quanti, pluris, minoris, magni, parvi, &c.* admittit. Cic: *Conscientia mihi pluris est, quàm hominum sermo*.

2. Latinè dici: *est mihi Nomen Joannes* vel *Joannis*, vel *Joanni*, veterum testantur exempla. Cic: *Cui Spiridion fuit Cognomen*. Virg: *Cui Cognomen Julio*. Paul: *Nomen Mercurii est mihi*.

3. *Misceresco* semper Genitivum & *misereor*, quoquè habet, *misereor* etiam Dativum rarissimè admittit Virg: *Arcadii miserescite Regis*. Cic: *Miseremini sociorum*. Idem. *Miserebor vestri*. Eccles: *Miserere nobis*.

4. *Recordor & Memini*, aut Genitivum, aut Accusativum aut Ablativum cum Præpositione *de* recipere possunt. Cic: *Consilia tua recordor*. Idem. *Memini alicujus, alicui, de aliquo*. Idem. *Multa de Aquilio recordatur*.

1. Depo-

5. 1. Deponentia, *Reminiscor* & *obliviscor*, aut Genitivum, aut Accusativum habent. Cat: *Tristitiæ oblivisci virtutis*. Cic: *Oblivisci injurias* vel *injuriarum*.
2. Neutra, *Egeo* & *Indigeo* aut Genitivum, aut Ablativum habent. Cic: *Egeo tempore, egeo consilii.*

6. Hæc tria Impersonalia: *Est, interest, refert*, admittunt quemvis Genitivum exceptis istis Primitivis quinque: *Mei, Tui, Sui, Nostri, Vestri*. Cic: *Interest omnium recte facere*. Liv: *Nihil interest Regis*. Cic: *Tuarum rerum interest*.

7. Verbum Impersonale, *Est*, requirit Nominatives istos: *Meum, Tuum, Suum, Nostrum, Vestrum*, ubi est Eclipsis Substantivi *officium*, Plaut: *Non est meum contra aliquem judicere*, id est *officium non est meum*.

8. *Cujas*, vel *cujus interest* leges apud Ciceronem.

9. Hæc duo Impersonalia *Interest* & *Refert*.
1. Hos Ablativos, *Mea, Tua, Sua, Nostra, Vestra*, sibi adjungunt, Cic: *Tua istud maxime refert*. Idem. *Quid mea & Rei-publicæ interest*.
2. Augendæ vel minuendæ significationis gratiâ admittunt etiam istos quinq; Genitivos, *Tanti, quanti, magni, permagni, parvi*, & multa Adverbia, ut *Tantum, quantum, maximè, vehementer, multùm, plus, plurimùm, &c.* Cic: *Tua istud maxime refert*, Idem. *Permagni interest*.

CAPUT XII.

De Verbis Genitivum cum Accusativo simul regentibus.

1. Impersonalia ista: *Pænitet, pudet, piget, tædet, miseret, miserescit*, Accusativum Personæ, & simul Genitivum recipiunt, Cic: *Suæ quemq; fortunæ pænitet*. Sall: *Me Civitatis morum piget tædetq;*

1. Acti-

1\. Activa: *Compleo, impleo, saturo, participo,* cum Accusativo aut Genitivum, aut Ablativum habent. Cic: *Complere forum lamentatione.* Plaut: *Erroris & dementiæ illos compleo.* Cic: *Ollam denariorum implere.* Plaut: *Hæ res vitæ me saturant.* Plaut: *Participat servum sui consilii.* Apul. *Prandio Dominum participare.*

2 Ista Verba Activa: *Æstimo, duco, facio, habeo, pendo, puto,* & similia, Accusativum & simul unum ex his Genitivis: *Tanti, tantidem, tantivis, quanticunque, quantilibet, quantivis, magni, maximi, parvi minoris, minimi, pluris, plurimi,* recipiunt Cic: *Honores, magni putare.*

3\. Eleganter dicitur: *Boni consulo, æqui boni facio, æqui boniq; facio, flocci & assis æstimo, non nihilo æstimo, pro nihilo duco, habeo, puto, flocci & nihili pendo.*

1\. Activum *Æstimo:* Pro Genitivis *tanti, quanti, &c.* sæpe etiā tres Ablativos istos. *Magnô, permagnô, parvô* Ablativo *pretiô* expresso vel subaudito, cū Accusativo simul admittit. Valer: *Virtus magno ubiq; pretio æstimatur.* Svet: *Data magno æstimas, accepta parvo.*

4 2\. Activum *Facio* Genitivos istos amat *Assis, flocci, hujus, nauci, nihili, pili, teruntii, bettæ.* Plaut: *Nihili, meam gratiam facit.* Catul: *Nec pili facere cohortem.* Fess: *Non bettæ illum facio.*

3\. Activum *Communefacio,* Accusativum Personæ & Genitivum simul admittit. Cic: *Amicitiæ veteris aliquem communefacere.*

5\. Verba Accusandi & damnandi, dum aliquid extra judicium fieri significant Accusativo rei gaudent. Cic: *Castigare inertiam Hominum.* Cic: *Excusare tarditatem literarum.* Cic: *Inertiam accusas adolescentium.*

6\. Præ-

6. Præter Accusativũ Personæ simul etiam recipiunt.

1. Genitivum hæc Verba Activa, *Absolvo, accuso, alligo, arguo, arcesso, adstringo, damno, condemno, convinco, defero, insimulo, incuso, obligo, postulo, teneo,* Plaut: *Furti se adstringit.* Sveton: *Dolabellam repetundarum postulavit.* Cic: *Sceleris generum condemnat.*
2. Ablativum hæc Verba Activa: *Absolvo, accuso, arguo, alligo, adstringo, damno, condemno, insimulo, libero, mulcto, obligo, pungo, plecto,* Cic: *Condemnabo eodem ego te crimine.*
3. Ablativum additô adhuc Genitivô ista Verba Activa: *Absolvo, accuso, arcesso, condemno, defero, teneo,* Liv: *Consulem Regni suspicione absolverunt.*
4. Ablativum cum Præpositione *De* ista Verba Activa. *Appello, accuso, absolvo, arguo, damno, condemno, defero, postulo, expostulo, purgo,* Cic: *Accusas me de negligentia Epistolarum,* Svet: *Postulavit de repetundis.*
5. Ablativum cum Præpositione *In* Verba ista Activa: *Accuso, excuso, convinco,* Cic: *Convictus in peccato,* Idem: *Excuso me tibi in eo ipso, in quo te accuso.*

CAPUT XIII.

Verba Dativum aut duos Dativos, aut Dativum cum Accusativo simul regentia.

1. Hæc Neutra: *Antecello, antecedo, antesto, anteeo, anteverto, attendo, excello, præsto, præcurro, præeo,* aut Dativum, aut Accusativum regere possunt. Cic: *Virtus cæteris rebus præstat.* Idem. *Anteeo cæteros virtute.*
2. Activum *Interdico* cum Dativo Personæ, simul aut Accusativum, aut Ablativum habet. Cic: *Interdicere alicui aquam & ignem,* vel *interdicere, alicui aqua & igne.*

3. Dati-

3\. Dativum post se regunt Verba.

1\. Neutra ista: *Fido, placeo, pareo, studeo, faveo, noceo, servio, volo, &c.* Plint *Non omnibus eadem placent, nec conveniunt.*

2\. Deponentia ista: *Auxilior, blandior, minor, adversor, insidior, irascor, opitulor, assentior, adulor, refragor.* Cic: *Auxiliari cuipiam,* Cic: *Mirificè mihi blanditur*

3\. Composita cum Præpositionibus: *Ad, ante, in, inter, ob, præ sub, de, re,* ùt *Indormio, succumbo, obsequor, succurro, subvenio, succenseo, repugno, resisto, adsum, &c:* Cic: *Fratri tuo restitit:* Cic: *Subvenire Patriæ.*

4\. Ista sive fuerint Personalia, sive Impersonalia; *Accidit, contingit, expedit, convenit, vacat, sufficit, patet, liquet, constat, dolet, libet, licet, usuvenit,* Cic. *Tibi licet, mihi constat.*

5\. Impersonalia Passiva, & quævis alia modò is Dativus explicetur per (*in gratiam, in commodum, in detrimentum.*) Plaut: *Mihi isthinc nec seritur, nec metitur.*

4\. Duos Dativos unum rei alterum Personæ (qui interdum reticetur) regunt post se verba nonnulla

1\. Activa, additô vel omissô Accusativô. Plaut: *Quod aliis vitio vertis, id tu tibi laudi ne duxeris.* Plaut: *Nemo id probro ducet Alcmenæ.* Cic: *Dare alicui pecuniam fœnori.* Liv: *Dare signa receptui.* Cæs: *Mittere subsidio.*

2\. Neutra, Cic: *Venire alicui subsidio.* Virg: *Subire alicui auxilio,* Cic: *Molestiæ mihi fuit.*

5\. Dativum cum Accusativo aperto vel occulto habent verba

1\. Activa plurima Cic: *Commendo tibi ejus negotia,* Cic: *Declarare alicui benevolentiam,* Cic: *Significare alicui.*

2\. Deponentia nonnulla ùt sunt, *Gratulor, gratificor, loquor, polliceor,* Plaut: *polliceor tibi meam operam.*

CAPUT

CAPUT XIV.

Verba Accusativum unum aut duos regentia.

1. Accusativum post se admittunt Verba.	1. Activa omnia, ut *Amo, adamo, diligo, curo, jubeo, juvo, adjuvo, rogo peto, &c.* Sen: *Regna custodit metus*, Cic: *Accipere præstat quàm facere injuriam.* 2. Deponentia multa, ut *Miror, admiror, sequor, assequor, miseror, loquor, &c.* Cic: *Mirari negligentiam satis nequeo.*

2. Nonnulla Verba Accusativum cognatæ significationis habent: imò & Ablativum aliquando, ut *Pugnare pugnam, furere furorem, ire viam, eandem cantilenam canere, ludere ludum, gaudere gaudium, vivere vitam, mortem obire, vel morte obire, recta viâ ire, ire itineribus.*

3. Cum Accusativo construuntur Verba.	1. Neutra quædam, ut *Calleo, horreo, memini, odi, obstupesco, &c.* Cic: *Callere jura*, Idem. *Ingrati animi crimen horreo.* Idem. *Lugere mortem alicujus amici.* 2. Quædam Figuratè seu Metaphoricè sumpta. Virg: *Corydon ardebat Alexin.* Horat: *Olet hircum, sanguinem sitit.* Idem. *Mera vineta crepat.* Pers: *Sapere Patruos.* 3. Nonnulla ratione Præpositionis subauditæ *ob* vel *propter*. Ter: *Si Pater id succenseat* id est *ob id succenseat, tu id times, paves.* 4. Ista: *Decet, dedecet, delectat, fallit, fugit, juvat, latet, præterit*, etiam personaliter accepta. Cic: *Literæ tuæ me delectaverunt.* Horat: *Multos castra juvant.* Cic: *nil te fugit.* 5. Quædam per Synecdochen apud Poëtas, & maximè Passiva, Virg: *Expleri mentem nequit.* Virg: *Miseros morsu depascitur artus, micat artibus ac tremit artus.*

4. Duos

4. Duos Accusativos simul, unum rei, alterum Personæ admittunt hæc Activa.	1. *Doceo, edoceo, dedoceo, perdoceo, erudio,* Cic: *Literas edocere aliquem.* Ovid: *Erudio aliquem omnes artes.* 2. *Rogo, oro, exoro, expeto, flagito, efflagito, posco, exposco, reposco, obsecro, exigo,* & hæc Deponentia: *Deprecor, percontor.* Virg: *Pacem te poscimus omnes.*
5. Cum Accusativis Personæ duobus construuntur hæc Activa.	1. *Facio, creo, præsto, appello, nomino, nuncupo, dico, voco, exhibeo, &c.* Cic: *Cùm ego hunc Oratorem creâro, confirmâro.* 2. *Do, accipio, sumo, eligo, spondeo, despondeo, offero, &c.* Cic: *Cum me Res publica accepisset vadem* Plaut: *Spondes ne tuam gratam mihi uxorem.*

1. Activa ista. *Celo, interrogo, moneo,* duos simul Accusativos unum rei, alterum Personæ, aut pro Accusativo rei, Ablativum cum Præpositione *De* admittunt. Ovid: *Hoc te celamus unum.* Cic: *Si te illud unum monuerimus.*

2. Activa ista, *Admoneo,* & *Commoneo,* duos Accusativos simul, aut cum Accusativo Personæ Genitivum rei vel Ablativum cum Præpositione *De* admittunt, Cic: *Commonere aliquem de re aliqua.* Idem. *Illud me præclarè admoneo.*

3. Activa, *Doceo, edoceo, erudio,* pro *certiorem facio,* posita Accusativum & simul Ablativum cum præpositione *De* admittunt, Cic: *Literæ tuæ erudiant me de omni Republica.*

4. Activa ista, *Augeo, aspergo, dono, impertio,* modo Accusativum rei, & simul Dativum Personæ; modo Accusativum Personæ, & Ablativum rei admittunt. Cic: *Donare aliquem annulò aureò.* Idem. *Munera ista Civibus tuis dona.*

CAPUT

CAPUT XV.

De Verbis Ablativum regentibus.

1. Cum Ablativo sinè Præpositione construuntur Verba ista.

1. Neutra: *Abundo, affluo, exubero, scateo, careo, deficio, supersedeo, gaudeo*, Cic: *Abundare Præceptis Philosophiæ*. Idē. *Supersedere labore*.
2. Deponentia. *Utor, abutor, fruor, vescor, lætor, oblector, fungor, defungor, glorior, nitor, potior*. Cic *Carere, dolore, & fungi officio*.
3. Deponentia duo: *Dignor, & prosequor*, additô vel omissô Accusativo Personæ. Cic: *Prosequi aliquem honore*.

2. Ablativum rei sinè Præpositione additô vel omissô Accusativo regunt Verba ista Activa.

1. *Afficio, amicio, armo, calceo, cingo, orno, sepio, tego, vestio, cumulo, expleo, repleo, &c*: Cic: *Ornare aliquem beneficiis*.
2. *Abdico, privo, orbo, spolio everto, emungo, &c*: Cic: *Spoliat nos judicio, privat approbatione, omnibus orbat sensibus*.
3. *Munero, abstineo, erudio, imbuo, instituo, instruo, informo, libero, solvo*. Cic: *Abstinere se maledictis*.

3. Ablativum cum Præpositione *A* vel *ab* additô vel omissô Accusativo, regunt Verba ista.

1. Activa, *Peto postulo quæso, contendo, desidero, rogo, oro, exoro, flagito, efflagito, posco, exposco, reposco, obsecro, exigo*. Cic: *Peto à te ut &c*.
2. Activa, *Abstineo, colligo, accipio, reporto, sumo, arceo, libero, deterreo, adimo, cohibeo contineo*, & omnia Verba ex *Ab* Composita. Cic: *Abstinere se à scelere*.
3. Activa *Do, mitto, fero, cupio, habeo, separo, distinguo, rapio, emo, munero vindico, munio, pello, moveo, tempero*, & alia multa Cic: *Hoc à me illi dabis*.
4. Deponentia, *Precor, deprecor, percontor, mutor, furor*. Cic: *Virtus à Viris Nomen est mutuata*.

4. Ver-

4. Verbum Passivæ vocis recipit post se.

1. Ablativum Agentis cum Præpositione *A*, vel *Ab*, Horat: *Laudatur ab his, culpatur ab illis*.
2. Aliquando Dativum loco Ablativi. Cic: *Audita vobis esse arbitror*.
3. Et retinet illum eundem Casum, quem habet Activum, excepto Accusativo rei patientis, qui in Nominativum mutatur, ut *Frater docetur à me Grammaticam*.

5.
1. Activa: *Agnosco cognosco, audio, disco, conjicio, intelligo, quæro, avello*, item ista deponentia. *Percontor, sciscitor*, habent Ablativum cum Præpositione *A, ab, e, ex, de* additô vel omisso Accusativô. Cic: *Didici ex tuis literis*.
2. Neutra: *Vapulo, veneo, sto, discedo, recedo, absum, abhorreo, differo, discrepo, fio*, &c: Ablativum cum Præpositione *A*, vel *ab*, admittunt, Quint: *Ab hostibus venire*. Quin: *Rogatus an ab eo justibus vapulásset*.
3. *Mereo vel mereor, rixor, dimico*, Ablativum cum Præpositione *De* admittunt: Cic: *Bene vel malè de re aliqua mereri, de lana caprina rixari*.

6. Verbum cum Præpositione Compositum sæpè Casum suæ Præpositionis admittit, modò omissa, modò etiam repetita illa Præpositione. Cic: *Adire aliquem*, vel *adire ad aliquem*.

CAPUT XVI.

De Syntaxi Verbi Infiniti Modi.

1. Infinitivus Verbi utrinque Nominativum habentis si ante se Accusativum

1. Habet, etiam post se habebit, ut *Cupio te esse doctum*.
2. Non habet, post se Nominativum non verò Accusativum habebit. Cic: *Didicit esse fortis*, Cic: *Studebam fieri doctior*. Sall: *Cato esse, quàm videri bonus malebat*.

2. Ver-

2. Verbo Infiniti Modi Temporis

1. Præsentis & Præteriti solet præponi aliud verbum sive Finiti, sive Infiniti Modi, Cic: *Mores Civitatis didicimus servari oportere.*
2. Futuri præponuntur Verba ista: *audio, auguror, arbitror, affirmo, confirmo, confido, censeo, credo, dico, existimo, ominor, opinor, &c:* Cic: *Video bellum fore.*
3. Præsentis aut Futuri præponuntur nonnulla Adjectiva: ùt *Dignus, indignus, certus, aptus, ineptus, paratus, timidus,* Item Substantiva, ùt *Tempus, amor, studium, &c:* Virg. *Certus mori,* Cic: *Tempus est dicere,* Virg: *Sed, si tantus amor casus cognoscere nostros,* Cæs: *Consilium ceperunt ex oppido profugere.* Virg: *Quibus studium arva tueri,* Sal: *Spes est fore.*
4. Cujuscunq; præponitur Verbum *Videor,* Cic: *Videre mihi videor,* Idem. *Videor audire, videtur fore*

4

3. Infinitivus qui per *quod* exponi

1. Non potest, si cum Verbo sibi præposito eidem Personæ.
   1. Convenit, nullum ante se Accusativum habet. Cic: *Nequeo mirari, possum dicere.* Excipe *Verba voluntatis.*
   2. Non convenit, ante se Accusativum habet, ùt *Volo te studere diligenter.*
2. Potest, si præponitur illi Verbum
   1. Passivum eidem Personæ
      1. Conveniens, nullum ante se Accusati habet, Ju: *Pauper creditur fulmina contemnere.*
      2. Non conveniens ante se habet Accusativum, Cic: *Fertur Tarquinium dixisse.*
   2. Cujusvis Generis alterius à Passivo f[…]re semper ante se habet apertum vel occultum Accusativum. Cic: *Dicis te audisse* Virg: *Juvat tot evasisse Vrbes.*

4. *Esse*, cū præponitur ei Verbum Dativum regens, si ante se Accusativum apertum,

1. Habet, semper etiam post se Accusativū habebit, ùt *Regē non convenit esse parvum.*
2. Non habet tunc sæpiùs Dativum, quàm Accusativum regit. Cic: *Licuit Themistocli esse otioso.* Quint: *Non licet tibi esse Procuratorem.*

Pro Accusativo hujus ultimæ Particulæ quibusdam licuit uti Nominativô. Ovid: *Sed enim quia retulit Ajax, Jovis esse Pronepos.* Luc: *Tutumq; putavit, jam bonus esse socer.* Ovid: *Acceptum refero, versibûs esse nocens.* Catullus: *Phasellus ait fuisse navium celerrimus.*

CAPUT XVII.

De Syntaxi Gerundiorum & Supinorum.

1. Gerundia suorum Verborum Casum & Syntaxin habent post se. Liv: *Ætoli consilium ceperunt, Lacedæmonem occupandi.*

2. Gerundio in *Di* præponuntur apertè vel occultè ita.	1. Substantiva: *Tempus, locus, studium, voluntas, amor, copia, facultas, potestas, necessitas, causa, libertas, ars, initium, &c.* Cic. *Initium dicendi.* Idem. *Cùm in animo haberem navigandi.* s. *propositum.* 2. Adjectiva, *Studiosus, cupidus, peritus, insvetus, certus.* Cic: *Studiosus dicendi.*

3. Interdum Gerundia in *Di*, pro Accusativo Genitivum Pluralem post se habent. Gell: *Causarum orandi cupidus.* Var: *Principium generandi animalium.* Cic: *Reliquorum syderum quæ causa collocandi fuit.*

4. Gerundia in *Do* nunc sinè Præpositione, nunc cum Præpositione *A, ab, abs, de, in, è, ex, cum, pro,* aut Nomini aut Verbo adhærent. Cic: *Deterrent à discendo.* Idem: *Major gloria ex defendendo, quàm ex accusando paratur.* Idem: *Impiger in scribendo.* Quin: *Copiam consequemur optima legendo atq; audiendo.*

5. Gerundia in *Do*, modò Activè modò Passivè accipiuntur. Cic: *Hos accusando, illos occidendo, civitatem labefactasti,* Virg: *Alitur vitium, vivitq; tegendo,* id est, *dum tegitur. Sol urit, videndo.* Id est, *dum videtur.*

6. Ge-

6. Gerundium in *Dum*, habet ante se istas Præpositiones: *Ad, inter, ob, ante, circa, propter*, & aut Nomini, aut verbo adjungitur. Plin: *Remedium ad refrigerandum corporum ardores*. Cic: *Res, quæ ad placendum Diis pertinet*. Quin: *Circa movendum valet*.

7. Gerundium in *Dum*, sinè Præpositione positum cum Dativo Personæ aperto vel occulto & Verbo *Est* necessitatem significat. Ovid: *Utendum est ætate*. Plin: *Aliqua consilia reperiendum est*. Coll: *Ulcera medicamentis curandum est*.

8. Supina in *Um* activè significant, &
1. Sui Verbi Casum habent post se. Liv: *Gratias actum nos misit Senatus*.
2. Adjunguntur Verbis motum ad Locum significantibus. Virg: *Misimus sciscitatum oracula Phœbi*. Tac: *Eunt ereptum alienas pecunias*. Liv: *Venerunt questum injurias, & res repetitum suas*.

9. Supina in U, Passivè significant, & adduntur,
1. Adjectivis istis: *Opus, turpis, fœdus, facilis, difficilis, lepidus, jucundus, optimus*, & aliis. Plaut: *Credulitas captu facilis*. Curt: *O rem tam auditu crudelem! tam visu nefariam! Opus est scitu*.
2. Substantivis istis: *Fas, nefas*, ùt *fas vel nefas dictu*.
3. Verbis motum de loco significantibus. Plaut: *Obsonatu redeo*. Cic: *Primus cubitu surgat*.

Admonitio. *Gerundia fere omnia, similiter & Supina variè exponere, & per varias Regulas efferre atq; interpretari licet.*

CAPUT XVIII.

De Participiorum Syntaxi.

1. Participium sui Verbi ejusdem significationis Casum & Syntaxin habet, ùt *Amans virtutem, superaturus hostem, auditus mihi, audiendus à me, paratus decernere, volens abire, videns visum*

2. Participia Temporis.

1. Præteriti & Futuri à Verbis Activis & à Verbo *Sum* venientia Nominativum post se habent, licèt ipsa in Vocativo ponantur. Plin: *Salve primus omnium Pater Patriæ appellate.*
2. Præteriti ista: *Natus, prognatus, editus, satus, genitus, generatus, creatus, cretus, ortus,* & similia subaudita Præpositione *à*, vel *ex*, Ablativô gaudent. Virg: *Sate sanguine Divûm*, pro *è sanguine*.
3. Præsentis & præteriti, dum fiunt Nomina, Genitivum regunt. *Vide Cap: 4. Reg: 4.*
4. Præteriti aliquando regunt Accusativum Partis. Svet: *Dextrum genu lapide ictus.* Catull: *Cæsar redimitus tempora laurô,*
5. Futuri additô Verbô Substantivô *Sum* èlèganter non tam *debere*, quàm *aliquid Futurum esse*, aut *fuisse* significant, ut: *Sum iturus, eram iturus, ero iturus. Sum docendus, eram docendus, ero docendus.*

3. Istæ voces: *exosus, perosus,*

1. Et *pertæsus*, qvum Activè significant, Accusativum regunt. Ovid: *Tædas, exosa jugales.* Coll: *Immundam segnitiem perosa est.* Svet: *Ignaviam suam pertæsus.*
2. Dum Passivè significant, Dativum recipiunt. Gell: *Diis exosus.*

4. Participium in *Dus* elegantissimè ponitur pro Gerundio apertum Accusativum habente in Casu ratione Gerundii.

1. *Primi* Genitivo, ratione *Secundi*, Dativo, vel Ablativo, ratione *Tertii*, Accusativo. Cic: *Causa adipiscendarum Virtutum*, pro *adipiscendi Virtutes.* Idem: *Legendis nostris efficies pleniorem*, pro *legendo nostra.* Idem. *Res ad colendos agros necessaria*, pro *ad colendum agros.*
2. *Tertii* necessitatem significantis Nominativo, vel, si adsit Infinitivus, Accusativo, additô Dativô aut Ablativô cum Præpositione *A*, vel *ab*, Cic: *Non sunt à te ulciscenda, etiamsi sint dolenda.* Idem: *Non putabam à me esse scribenda.*

CAPUT XIX.

De Syntaxi Adverbiorum penes Casum & Gradum Comparationis.

1. Adverbia Nominibus, aut Verbis, aut Participiis, aut aliis Adverbiis adhærent. Ovid: *Qui non est hodie cras minùs aptus erit.*

1. Adverbia ista: *En & ecce*, modò sinè Casu, modò cum Casu Nominativo, Accusativo, atq; Dativo Personæ ponuntur. Cic: *En crimen, en causa.* Cic: *Ecce tibi literæ.*
2. *Satis, parùm affatim, abundè, paululùm, ergò, quò à instar, eò, huc interea*, Genitivum regunt. Plaut: *Eò insolentiæ processit.* Gell: *Satis eloquentiæ, Sapientiæ parùm*, Liv: *Auxiliorum affatim erat.*
3. *Ubi, ubinam, ubicunque, ubivis, quovis, quoquè, nusquam, longè*, duos Genitivos: *Gentium & Terrarum amant.* Cic: *Ubi terrarum sumus.*
4. *Pridie & Postridie*, & sinè Casu, & cum Casu Genitivo aut subaudita Præpositione; *Ante*, cum Accusativo inveniuntur. Cic: *Pridie vel postridie ejus diei*, Cic: *Pridie Nonas Junii*, id est *ante Nonas Junii.*
5. Hæc Adverbia, *Congruenter, convenienter & obviam* Dativum requirunt. Cic: *Convenienter naturæ congruenterq; vivere.*
6. *Proximè* Accusativum tantùm, *Propiùs* verò Accusativum vel Ablativum cum Præpositione *A*, vel *ab* recipere potest. Cic. *Operam dat, ut quàm proximè Italiam sit.* Idem: *Propiùs à terra Jovis stella fertur.*
7. Adverbium istud: *Abhinc*, tantùm Verbo Præteriti temporis jungitur. & modò Accusativum, modò Ablativum habet. Cic: *Quæstor fuisti abhinc annos quatuordecim.* Idem: *Abhinc annis ampliùs viginti spopondi.*

2. Adver-

2. Adverbia, Superlativa Pluralem, aut Genitivum, aut Ablativum cum Præpositione *Ex* admittunt. Valer: *Pulcherrimè omnium fecit*. Cic: *Maximè ex omnibus eruditus.*

3. Adverbia Comparativa postulant Ablativum. Quint: *Expeditiùs cæterîs loquitur.* Ter: *Plùs annô tecum vixi.* Cic. *Lachrymâ nihil citiùs arescit.*

4. Positivo Gradui præponuntur Adverbia.
1. In *Um* exeuntia. Cic: *Sunt ea parum firma.* Idem: *Erat admodum amplum signum.*
2. Ista: *apprime, longè, comprimis, imprimis, per, perquam, valde, vehementer.* Cic: *Longè alia conditio, longè dispar, longè dissimilis.*
3. Ista: *Tam & quàm*, sive seperata, sive Conjuncta. Cic: *Quàm multi sunt.* Idem: *Tam multa in Græco scripsit, quàm multa sunt nostra.*

5. Comparativum Gradum
1. Regunt Adverbia in *O*, desinentia. Cic: *Quò quis versutior, hoc suspectior.* Idem: *Quantò superiores sumus, tantò nos submissiùs geramus.*
2. Regunt Adverbia ista: *Longè, tam, & quàm*, conjuncta. Virg. *Longè melior pedibûs Lycus.* Cic: *Non tam in bellis, quàm in fide firmior.*
3. Sæpissimè sequitur *Quàm* Adverbium. Cic: *Doleo te meliorem Civem esse, quàm Philoctetem.* Idem: *Hoc majus est, quàm ut scribere audeamus.*

6. Superlativum Gradum amant Adverbia ista
1. *Multò, longè, facilè.* Cic: *Post homines natos longè improbissimus.*
2. Duo *Tam* & *quàm*, sive ambo simul, sive unum sinè alio ponatur. Cic: *Res tam maximè necessaria.* Idem: *Quàm maxima voce possum.* Idem: *Quàm sæpissimè.* Sal: *Quàm quisq; pessimè fecit, tàm maximè tutus est.*

CAPUT XX.

De Syntaxi Adverbiorum penes Modum, Tempus & Delectum.

1. Hæc Adverbia: *Ubi, cùm, simul, simulac, simulatque, quemadmodum, utcunq; sicut, antequam, priusquam*, vel Indicativum, vel Subjunctivum amant. Virg: *Hæc ubi dicta dedit.* Cic: *Simulatq; audiero, scribam ad te.*

2. Adverbia: *Quasi, tanquam, ceu, perinde, atsi, haud, secus, acsi*, Subjunctivô gaudent. Cic: *Quasi non de re, sed de voce laboretur.*

3. *Ut* pro *Postquam*, & pro *Quomodo* positum Indicativum requirit. Cic: *Ut Romam redii.* Idem: *Ut ille tum humilis, ut demissus erat.*

4. *Ne*, prohibens, Imperativum vel Subjunctivum regit, Ter: *Ne metuas.* Virg: *Ne sævi magne Sacerdos.*

5. *Utinam* Optativô gaudet. Virg: *Utinam fecisset.*

6. *Heri, dudum, pridem*, Præteritis Verborum junguntur. Ter: *Quæ tu mihi dudum narrâsti.*

7. *Nuper, jamdudum, jampridem, jamolim*, Præsenti & Præcerito nonnunquam adduntur. Ter: *Jam dudum animus est in patinis.* Sall: *Jampridem vera vocabula amisimus.*

8. *Cras & post hac* Futuris semper, & aliquando Potentialis Modi Imperfecto & plus quàm perfecto adhærent, ut *Cras ibo, cras irem, cras ivissem.*

9. Hæc Adverbia junguntur Verbis significantibus,

1. Quietem in loco: *Ubi, hic, isthic, illic, ubi, ubivis, ibidem.* Cic: *Nemo est, quin ubivis, quàm ibi, ubi est, esse malit.*
2. Motum ad locum, *Quò, huc, isthuc, illuc, intrò, intus, eò, eodem, illò, aliò.* Cic: *Quò abss.*
3. Motum de loco, *Unde, hinc, isthinc, illuc, inde, undiq; cælitus, &c.* Ter: *Inde redeò.*
4. Motum per locum, *Quâ, hàc, isthàc, illàc, aliquà, quàlibet, quàcunq;* Cic: *Quàcunq; iter fecit.*

CAPUT

CAPUT XXI.

De Syntaxi Conjunctionum penes Modum & Ordinem.

1. Conjunctiones solent conjungere, vel disjungere voces aut sententias. Horat: *Aut prodesse volunt, aut delectare Poëtæ.* Cic: *Sustulimus manus, & ego, & Balbus.*

1. *Quanquam, etsi, tametsi,* initiô Commatis Indicativum, in medio, aut Indicativum, aut Subjunctivum poscunt. Cic: *Etsi vereor Judices.* Sall: *Quæ tametsi animus aspernabatur.*
2. *Quamvis, & etiamsi,* rarò Indicativo, Conjunctivo sæpissimè junguntur. Virg: *Quamvis Cælo dejecit ab alto.* Cic: *Etiamsi maxima sint.*
3. *Ni, nisi, siquidem, quia, quòd, ne, an, num,* aut Indicativum, aut Subjunctivum regunt. Sen: *Si mereris, antecedo, si vis, sequor.* Ter: *Vise, redierint, ne jam?*
4. Voces istæ, *Ne:* affirmativè, *ut ne non,* negativè, positæ, post verba: *Timeo, metuo, vereor,* Subjunctivum volunt. Cic: *Vereor, ne possit reperiri.* Idem: *Timeo, ne non impetrem.* Ter: *Metuo, ut subsistat hostis.*
5. Voces istæ: *Si & ut,* pro *Quamvis* positæ item *ne, ut ne, quin, quò, licèt,* Substantivum amant. Ovid: *Si desint vires, tamen est laudanda voluntas.* Plin: *Neq; id feci, quò tibi essem molestus.*

6. Conjunctiones Ordinis.

1. Præpositivi initio dictionum ponuntur. Cic: *A constantia, atque à mente, atque à se discessit,*
2. Postpositivi, nunquam initiô positæ, sed post alias voces ponuntur. Virg: *Spolia ampla refertis tuq; puerq; tuus.*
3. Communis, possunt ante, & post alias voces poni. Cic: *Ergo hinc capiamus exordium.* Idem: *Nemo ergo non miser? prorsus nemo.*

4. Par-

1. Infinitivus post Verbum *Videor.* Ter: *Videor esse subtristis.*

4. Particula *Quòd* non debet poni, sed locô ipsius 2. *Ut* Conjunctivô gaudens post

1. Verba ista: *Rogo, jubeo, suadeo, audeo, moneo, curo, volo, accidit,* & similia, idq; aut occultè, aut apertè. Cic: *Cura, ut valeas.* Idem: *Velim, scribas.*
2. Infinitivum *Fore,* vel *Futurum esse,* aut *fuisse.* Cic: *Spero fore, ut contingat id nobis.* Cæs: *Existimabant futurum fuisse, ut Oppidum amitteretur.*
3. Istas voces: *Adeò, ita, sic, tam, tantus, tot, talis, tantopere.* Cic: *Non sum ita hebes, ut ista dicam.*
4. Istam Interrogationem: *Quo fine?* Hor: *ut jugulent homines, surgunt de nocte latrones.*

5. Pro *ut non,* elegantissimè ponitur *Ne,* Conjunctivô gaudens. Cic: *Semper id egi, ne interessem.*

CAPUT XXII.

De Syntaxi Præpositionum penes Casum & penes Delectum.

1. Præpositionem cum ejus Casu, & Gerundio, frequentissimè regunt Nomina & Verba. Cic: *Dedi ad te literas.* Sen: *Avarus in nullum bonus, in se pessimus.* Cic: *Impiger in scribendo.*

2. Accusativum regunt Præpositiones istæ:

1. *Ad, apud, ante, cis, circa, circum, circiter, citra, extra, infra, inter, intra, juxta, ob, penes, per, pene, post, præter, prope, propter, secundùm, supra, secus, trans, ultra.* Cic: *Ad injuriam tardus.* Idem. *Eam ob causam.*
2. *Erga* in bonam, & *Contra* in malam partem sumptæ. Cic: *Tua erga me voluntas.* Idem *Facere contra aliquem.*
3. *Adversùs* & *adversùm,* in utramque partem sumptæ. Cic: *Adversum se armare aliquem. Pietas adversùs Deos.*

3. Abla-

3. Ablativô gaudent Præpositiones istæ

1. Cæt: *Absq; cum, coram, de, pro, præ, palam, sinè.* Cic: *Homo sine re, sine fide.* Idem: *Hoc erit pro mercede.*

2. *A, & E,* semperq; vocibus à Consonante incipientibus præponuntur. Cic: *A fronte, à tergo, à lateribus tenetur.* Idem: *Factus à Republica.*

3. *Ab, & Ex,* Sed *Ab* Vocalibus frequentissimè, Consonantibus verò raro præponitur. Cic: *Paratus ab exercitu.* Idem: *Diem ex die expectare.*

1. Præpositio *Versus,* Accusativum regit, & sæpiùs ei postponitur, quàm præponitur. Cic: *Romam versus proficisci.*

2. Præpositio *Abs* Ablativo servit, & præponitur *T* & *Q* Literis, Ter: *Ut abijt abs te.* Idem: *Abs quovis homine.*

3. Præpositio *Tenus,* Nomen singulare in Ablativo; Plurale verò aut in Ablativo, aut in Genitivo sibi adjungit, semperq; illi postponitur. Virg: *Capulô tenus abdidit ensem.* Juv: *Crure tenus.* Ovid: *Pectoribus tenus.* Quint: *Aurium tenus* Cic: *Cunarum tenus.*

4. Præpositiones *Ante* & *Post* subaudiuntur per Eclipsin ante hos Accusativos: *Calendas, Nonas, Idus,* Item: *diem, mensem, &c.* ùt *Tertio Calendas,* id est, *tertio ante Calendas.* Cic: *Postridie Idus,* id est: *post Idus.*

5. Præpositiones istæ Ablativo gaudentes: *A, ab, in, cum, de, e, ex, pro,* sæpè Constructioni desunt, per Eclipsin. Virg. *Strident Aquilone procella,* deest *ab.* Idem: *Saxum campo jacebat.* deest *in.* Idem. *Sate Sanguine Divum.* deest *è.* *Terentius Phormione,* deest *in.* Plin: *Magna mortalium utilitate & bono publico.* deest *cum.*

6. Præpositio *In* significans.

1. Motum, vel pro *Ad, erga, contra, juxta, pro, per, coram,* posita Accusativum regit. Cic: *Studium in aliquem.* Plaut: *Dabo te in caveam.*

2. Quietem, vel pro *inter* posita, Ablativô gaudet. Virg: *In urbes* Sall: *In amicis habere.*

7. Præ-

7. Præpositio *Sub* significans

1. Motum, vel pro *Paulò antè, paulò post*, posita, Accusativum requirit. Cic: *Sub scalas se conjicere.* Cic: *Sub eas statim recitata sunt tua.*
2. Quietem vel pro *Ante* posita Ablativum habet. Hor: *Sub Jove frigido.* Cæs: *Sub oculis*, id est: *ante oculos.*

8. Præpositiones istæ tres: *Subter, clam, & procul*, aut Accusativum, aut Ablativum regunt. Virg: *Subter densa testitudine.* Cic: *Ne facinora clam nos essent.* Idem. *Clam iis vidi.* Liv. *Locus procul muros.* Tac: *Nec procul cade aberam.*

9. Præpositio *Super* posita pro

1. *Supra, ultra, & inter*, Accusativum habet. Virg: *Super Garamantas & Indos.*
2. *De & in* Quietem significante Ablativô gaudet. Virg: *Frende super viridi.* Virg: *Multa super Priamo rogitans &c.*

CAPUT XXIII.

De Syntaxi Interjectionum.

1. Interjectio *Ah!* Accusativum vel Vocativum poscit. Ter: *Ah me miserum.* Virg: *Ah Coridon! Coridon!*
2. *Eheu* Accusativum amat, Ter: *Eheu me miserum!*
3. *Hei*, Dativô & Vocativô gaudet, *Hei misero mihi.*
4. *Hem*, Nominativum, Dativum, Accusativum, & Vocativum recipere potest. *Hem Davum tibi.*
5. *Heu*, Dativo, Accusativo & Vocativo jungi potest. Virg: *Heu pietas! heu prisca fides!*
6. O Nominativum, Accusativum, & Vocativum admittit: Ter: O *faciem pulchram!*
7. *Pro*, Implorantis Accusativo, Admirantis Vocativo adjungitur, Ter: *Prô Deûm hominumq; fidem!*
8. *Væ*, & sinè Casu & cum Casu Dativo invenitur. Ter: *Væ misero mihi!*
9. Cæteræ Interjectiones Vocativô gaudent, & sæpè sinè Casu inveniuntur. Ter: *Ohè libelle.*
10. Interdum Accusativo & Vocativo subtrahit Eclipsis Interjectionem O. Plin: *Hominem te Sapienten vel potius doctum.* deest O.

CAPUT XXIV.

De Figuris Syntaxeos.

1. Figura Syntaxeos, est modus quidam loquendi, vel voces conjungendi, ubi aliquid aut deest, aut redundat, aut suô locô abest, aut immutatur.

2. Eclipsis Figura est, quando vox plenæ Constructioni necessaria subauditur, & nonnisi foris assumitur, *ut Lego*, Declaratio. *Hic Vox Constructioni plenæ necessaria subauditur, & nonnisi foris est assumenda*, s. Ego, *ut sit*, Ego Lego. *Item* tertio Calendas. *Hic duarum Vocum est Eclipsis s. Ablativi*, Die, *& Præpositionis* antè, *ut sit plena Syntaxis*: hac tertio die ante Calendas.

3. Zeugma Figura est, quando id, quod in uno Commate desideratur, ex altero non mutatum assumitur. Ter: *Obsequium amicos, Veritas odium parit*. Declaratio. *Hic in primo commate desideratur Vox* parit, *quæ ex altero commate non mutata assumitur, scilicet manente eodem Numero singulari, & Persona tertia*.

4. Syllepsis Figura est, quando vox quæ in uno commate desideratur, ex altero assumitur, mutato aliquo Accidente, s. aut Genere, aut Numero, aut Persona, &c. ut *Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt*. Declaratio. *Hic ad duo priora commata assumitur ex tertio Vox ista* manebunt, *sed mutatô Numerô, sic scilicet*, honos manebit, nomen manebit.

5. Enallage seu Heterosis est, quando unum Constructionis Accidens ponitur pro alio, v. g. Genus pro Genere, Numerus pro Numero, Casus pro Casu, &c. *ut Eunuchum, quem dedisti nobis, quas fecit turbas*. pro *Eunuchus*. Accusativus pro Nominativo *It clamor Cælo*. pro *ad Cælum*.

6. Hellenismus est, quando vox una cum altera non secundùm Latinam, sed secundùm Græcam Syntaxim construitur, *ut Capto pugnemus amori. Latina Syntaxis requirit, cum capto pugnemus amore. Turpe senex miles, quia Græci Neutrô Adjectivô utuntur in Appositione, Vid. de Linacri Lib. 6. in fine*.

APPENDIX CAPITIS XXIV.

Figurarum Syntaxeos quatuor Ordines ponunt Grammatici, alia enim in defectu, alia in excessu, alia in pervertendo vocum ordine, alia in permutatione Accidentium consistunt. In primo Ordine ponuntur ista: Eclipsis, Aposiopesis, Zeugma, Syllepsis, Prolepsis, Anapodoton. In secundo Pleonasmus, Parelcon, & Epanalepsis. In tertio Hyperbaton, & Species ejus, Anastrophe, Hysterologia, Tmesis, Synchisis, & Parenthesis. In quarto Enallage. Ex his omnibus quinque præcipuè Figuratam Syntaxim constituunt, Eclipsis, Zeugma, Syllepsis, Enallage, & Hellenismus.

Zeugmatis, ratione loci, tres Species ponuntur: Protozeugma, Mozozeugma, & Hypozeugma. Si vox ea, quæ assumitur, ponitur initiò, dicitur Protozeugma, ut vicit pudorem libido, timorem audacia rationem amentia. Si in medio, erit Mozezeugma, ut pudorem libido, timorem audacia vicit, rationem amentia. Si in fine, erit Hypozeugma, ut pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia vicit.

Syllepsis fit per Accidentia ista: Genus, Numerum, Casum, Modum, Tempus & Personam. Hinc alia dicitur esse Generum, alia Numerorum, alia Casuum, alia Modorum, alia Temporum, alia Personarum. Nam ab illo Accidente denominationem habet, quod in assumptione vocis mutatur v.g. diligentius modò studes, quàm antea. Hic ad secundum comma assumenda est vox studebas; & quia hic mutatur Tempus, ideò hoc loco est Syllepsis Temporis.

Eclipsis differt à Zeugmate & Syllepsi, quia in Eclipsi, id quod desideratur, foris est assumendum, in Zeugmate verò & Syllepsi non foris sed ex proximo commate. Zeugma deinde differt à Syllepsi quia in Zeugmate id quod assumitur, non mutatur; in Syllepsi verò vox, quæ assumitur, semper suum Accidens quodpiam immutat.

Eclipsis est communis omniũ Partium Orationis s. Nominis, Pronominis, Verbi, Participii, Adverbii, Conjunctionis, Præpositionis, & Interjectionis.

Eclipsis

Eclipsis Nominum.

Plurima sunt Nomina, quæ per Eclipsin solent in Oratione desiderari, qualia sunt hæc Substantiva, quæ sequuntur: Caro, dies, Febris, Homo Familiaris, vel domesticus. Iter Litera, Mensis, Navis, Officium, partes, passus, pecunia, propositum, tempus, Templum, servus, via, verba, & multa alia appellativa, præcipuè cognata, vel ejusdem significationis, ut curritur, s. cursus, pluit. s. pluvia, grandinat, s. grando, vivo, s. vitam, curro, s. cursum. At, si Adjectivô sint determinanda ista appellativa, tunc expressè erunt ponenda, Quint: *Vitam beatam vivere. Cucurri cursum longissimum.* Gell. *Inter quadrupedes levissima est suilla, gravissima bubula, s. caro,* Suet: *Morbô quartana aggravante, s. febris* Ter: *Ita ajunt, s. homines, Polonus, Italus, s. homo, & in Plurali, Poloni, scilicet populi.* Cic: *Neminem cognosces tuarum, scilicet familiarium.* Idem: *Castra aberant bidui, s. iter vel itinere.* Idem: *Acceperam à Lentuli triumphô datas, s. literas. Calendis Januarii, s. Mensis.* Ter: *Tuum est ignoscere, s. officium.* Idem: *Non posteriores feram. s. partes.* Idem: *Dolabellam postulavit repetundarum, s. pecuniarum* Mart: *Duo millia non piget ire, s. passuũ. A pedibus, a manu, à libellis, s. servus.* Idem. *Rectâ venit ad me, s. viâ* Idem *Paucis complectar. s. verbis.*

Eclipsis Pronominum.

Ex Pronominibus etiam nonnulla solent deesse Orationi, ut Ego, Tu, Nos Vos, Is Quis, &c. Lego s. ego lego, audis, s. tu audis, audetis, s. vos &c. Initium dicendi, quæ vellem, s. ea, quæ vellem. Virg: *Urbs antiqua fuit, Tyrii tenuêre Coloni, s. quam Tyrii tenuêre Coloni.*

Eclipsis Verborum.

Verba, quæ Orationi solent deesse per Eclipsin, multa inveniuntur & maximè ista, sum, dico, annuntio, facio, volo, decet, vel oportet, natum est, vel ortum est, canere, sonare, ire, & multa, alia. Utinam hæc verba sint. Cic: *Sed de his hactenus s. dictum sit. Sed hæc & multa alia coram se dicam.* Idem. *Attica salutem, s. dices, vel annuntiabis. Bene Ennius, præclarè Anaxagoras, s. dixit, vel fecit. Adæquavit summos Viros, idq; in adolescentia s. fecit. Fidibus scire, s. canere vel sonare, &c.*

Eclipsis Participiorum.

Participia nonnulla supprimantur in Oratione, ut solvendo non eras, s. sufficiens. Epistola librarii manu. s. scripta. Ter: *Panis ex jure hesterno s maceratus.* Idem: *signa video ad salutem, s. spectantia.*

Eclipsis Partium Indeclinabilium.

Adverbium queq; item Conjunctiones Præpositiones, & Interjectiones quasdam supprimit Eclipsis, ut quadragesimo anno, quam Vrbs condita erat, deest Adverbium post, ut sit, postquam condita erat. Tu, velim, desinas, deest Conjunctio ut, rescribas ad omnia, rogamus. deest ut. Cave, credas. Id est, *cave ne credas, Terentius Phormione, deest in. Quo sanguine cretus, deest è vel ex.*

Enallage, *per Accidentia fit & ab illis denominatur, ut Enallage Generum, Nominum, Casuum, &c. Generum, ut* Plin. *Nube gravida candicante, quod vocant tempestatem albam, pro quam vocant. Neutrum pro Feminino.* Horat: *Mammæ putres equina, quales ubera,* pro *qualia Numerorum pars in frusta secant* pro *secat. Casuum.* Virg. *Projice tela manu sanguis meus,* pro *mi. Hæret pede pes,* pro *pedi. Motorum Subjunctivus* pro *Imperativo sæpissime in omnibus Personis ponitur.* Ter: *Quiescas* pro *quiesce, audias* pro *audi, item Indicativus* pro *Imperativo.* Cic: *Sed valebis, meaq; negotia videbis,* pro *vale & vide. Temporum.* Liv: *Si tales animos in prælio habebitis, vicimus* pro *vincemus, &c.*

Per Helenismum *ista prolata esse credit* Lin: Lib. 6. Virg. *Cui nec certaverit ulla,* pro *cum qua.* Ovid. *Cœpto pugnemus amori,* pro *amore.* Hor: *Desine curarum,* pro *à curis.* Idem: *Agrestium regnavit populorum.* Ter: *Vt vobis decet,* pro *vos decet.* Virg. *Labor laborum.* Idem. *Justitia in primis miret, belline laborum? Item ista: Os humerosq; Deo similis; Nuda genu, & faciem mutamus, & ora. Cernere erat,* pro *licebat.* Gel: *Vt multos videre est, pecunia cupidos,* pro *licet videre.* Ter: *Observes filium. quid aget,* pro *observes, quid filius agat,* Catul: *Phasellus ille quem videtis, ait fuisse navium celerrimus.* Luc: *Tutumq; putavit tam bonus esse socer, Nominativus* pro *Accusativo.*

Alias

Aliæ verò Figuræ sic se habent.

Aposiopesis, *est vocis ad Syntaxim necessariæ defectus, quæ fit tunc, quando aut ira, aut pudore, aut metu, aut religione impediti, aut gratiâ transitus ad alia reliqua reticemus; hanc non tam Grammatici, quàm Oratores ab Eclipsi distinguunt. Nam Aposiopesis est Eclipsis, sed cum majore vehementia & affectu, ut* Virg: *Quos ego, sed motos præstat componere fluctus.*

Prolepsis est, *cùm dictio aliqua Pluralis Numeri aut singularis, sed collectiva præcedit, & rursus in partes dividitur, nec tamen cum ipsis apertè ponitur, ut: Aquilæ volant, una ab Oriente, altera ab Occidente. Hic dictio Pluralis, s. Aquilæ, præcedit, & rursus in partes dividitur istas una & altera, s. Aquila, cum quibus, ut vides, apertè non ponitur.*

Pleonasmus est, *cùm ponitur una, vel plures voces, sine quibus posset stare Syntaxis, & sensus, ut* Virg. *Sic ore locuta est. ubi satis erat dicere, sic locuta est: neque enim aliâ parte loqui poterat, nisi ore.* Ter: *Hisce oculis vidi.*

Parelcon est, *cùm dictio per adjectionem Syllabæ, explendi vel ornandi gratiâ extenditur.* Ter. *Adesdum, satis erat dicere ades, sed plenius addito dum. In his egomet, etiamnum, ehodum, &c. Parelcon differt à Pleonasmo, quia Pleonasmus accidit in vocibus declinabilibus. Parelcon verò in particulis adjectivis.*

Hyperbaton est, *cùm legitimus Ordo vocum mutatur, ut* Teren: *Paululum da mihi operæ* Cic: *Plus habet suavitatis. Ad Hyperbaton revocantur Anastrophe, Hysterologia, Tmesis, Synchisis, & Parenthesis.*

Anastrophe est, *dictionum ordo præposterus, ut Italiam contra* pro *contra Italiam, maria omnia circum* pro *circũ maria omnia, quem penes arbitrium est* pro *penes quem arbitrium est, diu cùm esset pugnatum, insanire libet quoniam.*

Hysterologia est, *cùm Præpositio non illi casui servit, sed Verbo, quasi cum eo sit composita, præponitur.* Virg: *Tiriam qui advenerit Vrbem,* pro *qui venerit ad Vrbem.*

Tmesis est, *quando vox Figura Composita dividitur, & inter ejus partes dictio aliqua interponitur, ut* Virg. *Septem subjecta Trioni.* Plaut. *Sed ego stultus, qui rem curo publicam.*

Parenⁿ

Parenthesis est, *cùm Orationi aliquid interjicitur, quo sublato, legitimus sermo manere potest, ùt* Virg: *Tytire, (dum redeo,) brevis est via, pasce capellas.*

Sinchisis est. *Ordo vocum confusior, quando scilicet ea dictiones, qua alteri sensui debentur, in altero ponuntur, ùt* Hor: *Lanea, & effigies erat, altera cerea. Ordo enim est: erat lanea effigies, & altera cerea.* Idem: *Serpentes atq; videres infernas errare canes,* pro: *videres serpentes errare, atq; infernas canes.*

Huc revocatur Hyppallage & Hysteron Proteron.

Hyppallage est, *cùm Oratio inverso rerum ordine profertur: ùt* Virg: *Ibant obscuri sola sub nocte, pro soli sub obscura nocte. Et: Dare classibus Austros pro: dare classes Austris.* sic Poloni: *Przypasał się do szable.*

Hysteron Proteron est, *cùm id, quod posterius fit, priùs ponitur in Oratione, ùt* Virg: *Et torrere parant flammis, & frangere saxo.*

Epanalepsis fit, *cùm post aliquà multa interposita, iteramus id, quod initiò collocamus, sive id iisdem, sive diversis verbis fiat.* Cic: *Nostra enim est, si modò Oratores sumus, nostra (inquam) est ista omnis prudentia possessio. Confirmatò illò de quò dubitare non possumus, &c. Hoc igitur probè stabilito & fixum illud excutiendum est.*

ANNOTATIONES
In Regulas Syntaxeos.

1. Ordinem, *qui alias voces praponendas, alias verò postponendas dictionibus esse docet, servant Latini potissimùm in Prapositionibus & Conjunctionibus,* v. g. *dum Prapositionem Tenus non modò cum Ablativo construunt, sed etiam ipsam Ablativo postponunt, ùt: Capulô tenus, crure tenus, non verò tenus Capulo, tenus crure. Ita in his: Ille quoq; ille verò, at ille, unus & viginti, viginti unus, &c. Non autem sic Quoq; ille, verò ille, ille at, unus viginti, viginti, & unus. Cujus est aliqua apud Polonos similitudo, qui dicunt:* Krol Jego Mość *non verò:* Jego Mość Krol, &c. Jego Mość Pan Hetman, *non autem:* Pan Jego Mość Hetman &c. Delectus, *qui cum certis*

vocibus certa vocabula jungit, docet, non eſſe dicendum: è auro. ſed, ex auro, non: à Italo, ſed, ab Italo, non amor contra te, ſed, amor erga te, non omnis doctiſſimus, ſed, quisq; doctiſſimus non: quilibet noſtri, ſed, quilibet noſtrûm: non: memor veſtrûm, ſed memor veſtri &c. Hæc velut ad cognatam ſignificationem Adverbia loci videntur eſſe revocanda, ut non: ubi vadis? ſed, quò vadis? non: eas ibi, ſed, eas illuc; non: venit hic, ſed, venit huc, &c. Simile quid apud Polonos videbis, ieſt w Krakowie, non verò, ná Krakowie. rurſus ieſt ná Kleparzu, non verò w Kleparzu. Szedł ná pole, vel w pole, non verò ſzedł do polá. contrà verò ſzedł do laſá, non autem, ſzedł ná las &c.

2. Etſi inter Convenientiæ & Regiminis Syntaxin, nulla videtur eſſe differentia, ubi nim eſt Syntaxis Convenientia, ibidem etiam eſt Regiminis & è contra. Nam v. g. hæc Syntaxis (ad DEUM) dicitur Regiminis, & tamen hic eſt Convenientia Vocum, quia non pugnant inter ſe, alias enim eſſet ſolœciſmus. 2. Hæc verò altera (Scamnum breve) vulgò vocatur Convenientia, & tamen hic eſt Regiminis. Nam dictio (Scamnum) præſcribit legem Accidentium huic alteri (breve,) Dictio autem præſcribens Accidentia eſt Dictio Regens, altera verò, cui præſcribuntur, eſt Recta, ubi autem eſt Dictio Regens & Recta; ibi eſſe Syntaxin Regiminis eſt concedendum Tamen iſta ſtrictiùs conſiderando, Syntaxis Convenientiæ differt à Syntaxi Regiminis, ut videre eſt in utriusq; Definitione. Syntaxin penes Modum, penes Tempus, & penes Gradum Comparationis, dicimus eſſe Regiminis, licèt ſtrictiſſimè loquendo, ſola Syntaxis penes Caſum ſit dicenda Regiminis. Hæc enim cæteris omnibûs latiùs patet

3. Per Verbum Finiti Modi intellige tàm Perſonale, quàm Imperſonale, quia Imperſonalia habēt ante ſe Nominativum quod idem ſentit Priſcianus: & Linac: Lib: 3tiò in Eclipſi Appellativi, ut pluit, ſupple, pluvia pluit; ningit, id eſt nix ningit, &c. Iſte tamen Nominativus non exprimitur ideò, quia ita certus eſt, ut de illo nemo dubitare poſſit. Nam v. g. Tonat, ſi Metaphoricè non ſumatur, certum habet Nominativũ nimirum (tonitru) quia nulla alia res dicitur tonare, præter tonitru. Quòd verò tonitrui non convenit tonare, ſed Deo, ut quidam ſentiunt, adhuc tamen certus eſt Nominativus

tivus (Deus) At verò in verbis Personalibus tertiæ Personæ, quoniam multi occurrunt Nominativi, ideò est aliquis certus eorũ exprimendus, ut à quo verbũ tertiæ Personæ dependeat & cui attribuatur, & de quo Logicè enuntietur, scire possimus. Adeò autem est certum Impersonalia ante se habere Nominativũ, ut etiam illa eadem in Plurali Numero cum ipso aperto ponantur, ùt videre licet apud Auctores, Virg: Non omnes arbusta juvant &c. Beneficia, quæ ad singulos spectant. Hæc sex, Pœnitet, pudet, piget, tædet, miseret, & miserescit, apertè Nominativũ habere docet, Linac: Lib: 4. Mar: Te non pudet istud. Ter: Non te hæc pudent. Plaut: Hæc me conditio non pœnitet. Neq; miretur quispiam, hæc apertè habere Nominativum in Persona tertiâ, quum eum in prima & secunda olim habuerunt Verba enim quæ nunc sunt Impersonalia, apud Veteres erant Personalia eo modô, quô nunc est scribo, lego audio, dico, aut aliud verbum Personale, quod non difficile ex Auctoribus cognoscere. Virg: Arcadii miserescite Regis. Plau: Loquere nemo tuum adolescens, nisi piget. Gall: cùm fatigati pertæduissent, &c Sciendũ tamen est hæc Verba se frequentiùs per Figurã, quàm simpliciter efferri, sive illa sit Antithesis, Genitivi pro Nominativo, sive Eclipsis Appellativi in Nominativo ponendi, quod subauditur, à quo Genitivus istis verbis expressè adjunctus regitur. Sed de his disputent Doctores, Studiosi illo Quintiliani sint contenti Inter virtutes Grammatici habebitur aliqua nescire. Impersonalia Passivæ vocis etiam ante se habent Nominativum, idemq; placet Linacro Lib: 4. &c. Idq; aut apertè, aut occultè Apertè, dum est incertus occultè verò dum est certus. Hic notandum à verbis activis fieri Impersonalia tunc, quando in voce Activa sinè casu Accusativo ponuntur, ùt à Scribo, scribis, scribere, scribimus, &c fit, scribitur. Cui Ablativus agentis si eô opus est (sæpè enim omittitur) ejusdẽ Personæ & Numeri tribuatur, cujus esset in Activo Nominativus, ùt, scribitur à me, quia Activè sic diceres ego scribo. Idem esto judiciũ de iis Impersonalib9, quæ à Neutris oriuntur; ût, egetur, servitur Quo loco si contingat aliqua difficultas, statim confugiendũ erit ad Vetteres, apud quos Verba ista, quæ modò sunt Neutra & absoluta, fuerunt Activa. Impersonalibus Passivæ vocis, aliquando & Nominativus, & Ablativus simul apponuntur, aliquando ambo omittuntur, aliquando ei ã

unus tantū eorum vel apponitur, vel omittitur, quod patet ex Activo; qui enim Casus exprimeretur in Activo, ille exprimi debet in Passiva vocis Impersonali. Tunc autem potissimū Verbum erit Impersonale, quando nec Nominativū, nec Ablativū sibi apertè adjunctum habebit: ut bibitur, editur, &c.

4. Plures Nominativos copulatos, supple, apertè vel occultè & qualicunque Copula, sive illi fuerint singulares, sive Plurales sive Mixti, id est, unus Numeri singularis, alter verò Pluralis. Copulā hic intelligimus, & quæ fit per Conjunctiones &, & quæ fit per Præpositionem (cum) Verùm occurrente copula (cum) usitatiùs loquimur, Casu illius neglecto. Verbum eum Nominativo, Adjectivum verò vel Relativum, cum Substantivo altero, in alio Casu posito in eodem Numero, & Persona, item in Genere, Numero, & Casu conjungemus, quia v. g. quò ad Numerum Latinè loquimur, (Petrus cum Paulo cantant) Nam etiam Virgilius ita locutus est. (Remus cum fratre Quirinis jura dabant) tamen magis Oratoricè dicimus (Petrus cum Paulo cantat) ut Cicero dicit (Dominus cum Messalo certus esse videbatur.) Sic quoque quò ad Personam, bona erit licèt rara Syntaxis (tu mecum scribemus) ut Virgilius loquitur, (Divellimur inde Iphitus & Pelias mecum) Tamen melior erit ista (Tu mecum scribes) ut dicit Cicero; (animum tuum mærori mecum dedisses.) Ita etiam efferes Adjectivum (sunt mihi soror cum Matre mortuæ) sæpiùs tamen sic, (soror mihi cum Matre est mortua) ut Cicero (occisus est cum liberis Fulvius.) Itē quò ad genus dignius rectè dicitur Mater mihi cum Patre sunt mortui) ut Ovidius, (Ilia cum Lauso de Numitore sati) tamen frequentiùs sic (Mater mihi cum Patre est mortua) Interdum tamen in quibusdam exemplis, ne aliquod dubium fiat, omnino habenda est ratio utriusque Substantivi, etiam illius, in Ablativo positi quò ad Genus, & quò ad Numerum, ut hic (Juno cum Minerva tristes redeunt) ita enim certum est, & hanc & istam tristem fuisse, nam si diceatur (Juno cum Minervá tristis redit) posset intelligi, solam Junonem fuisse tristem & Minervam lætam. Illud quoque est notandum Adjectivum hujus loci, in Casu non debere convenire cum Substantivo, quod in Ablativo ponitur, sed cum altero in alio Casu collocari.

5. In hac Regula sunt duæ Figuræ, Syllepsis & aliquando Zeugma.

6. *Dicitur cum digniore, s. Nominativo aut Ablativo, ille autem Nominativus, aut Ablativus est dignior, qui est Persona dignioris. Hæc Regula continet in se solam Syllepsim. Cic: Hæc si neq; ego, neq; tu fecimus, &c. Per hanc Regulam excusabimus illos modos loquendi: Tu mecum ibimus, Frater tecũ studetis. Pater vobiscum venietis, à quibus præstat abstinere.*

7. *Per membrũ Orationis intelligitur sensus, vel comma aliquod, sive Oratio quæpiam constans Verbo & Nomine simul, vel aliqua parte Orationis, illorum uni vel utriq; adjuncta. Vide Linacrum Lib: 3. Prima, Tertia & Quarta Conjugationis.*

8. *Ovidius, Uxor & Insidiæ sunt pudor ille meæ. Ter. Dos est Pamphile decem talenta, Vale: Dotis modus, quadraginta millia æris fuit. Tac: Præcipuum robur duæ legiones erant Mart: Alea parva nuces & non damnosa videtur. Plin: Nota argenti fuere bigæ atq; quadrigæ. Plini: Angustia, unde procedit Isthmos appellatur. Cic: Consilatus fuit initium ludi Capitalitii. Luc: Omnia Cæsar erat. Ovid: Omnia pontus erat. Luc: Sanguis erant lachrymæ. Ovid: Domus antea fuerant. Idem. Gaudia principium sunt nostri sæpe doloris. Vide Linac: in fine Enallages.*

9. *Hæc Regula sub talibus etiam verbis concipi potest. Una vox sumpta pro alia, aliquando suum Genus, aliquando Numerum, aliquando utrumq; simul abjicit & assumit illius vocis, pro qua ponitur, sicq; cum ipso alienum accidens habente. 1. Verbum, 2. Adjectivum. 3. Relativum concordat. 1. Ovid. Vestras quisq; redite domos. Idem. Uterq; læsi sumus. Virg: Pars in frusta secant. Plin: Major pars ferarum æstate non bibunt. Ovid: Populus superamur ab uno. Stati Huc omnis turba coimus. Stat: Subeunt teneræ juventus, auxilio tardi. Ovid: Albula pota Deo. s. aqua. Liv: Samnitum tria millia cæsi. Virg: Pars mersi. Ter. In Eunuchum, s. Fabulam. Ovid: Pars volueres factæ. Liv: Lib: 6. in Enallage Numerorum & in fine Syllepsis.*

10. *Adjectivum sive sit Nominis, sive Pronominis, sive Participii Partis.*

11. *Quum loco Regulæ primæ Cap: 2di uti volueris Regulâ 2dâ Cap: 4ti Substantivũ vertas in Genitivũ, & Adjectivum ipsum fac esse Neutrum, hoc modo: Minor sapientia, minus sapientia,*

pientia, multa eruditio multum eruditionis. paulula opera, paululum operæ. Major eloquentia, plus eloquentiæ. Item Quis animus, quid animi. Id tempus, id temporis, Abdita res, abdita rerum. Angusta via, angusta viarum, &c. Lin: Lib 3 Secundæ & Tertiæ Commune, Adjectiva, Partitiva, &c. Per hanc, & per Cap: 4. Regulam quintam efferes. Vide ejus Annot.

2 Copulatis, s. aperte vel occulte, & qualicunque copula, sive illa fuerint animata, sive inanimata, sive mixta, seu Numeri Singularis, seu Pluralis, sive considerentur ratione Generis, sive ratione rerum significatarum.

Substantiva pluratione,
- 1. Generis.
  - 1. Ejusdem.
    - 1. Masculini,
    - 2. Fœminini,
    - 3. Neutrius,
      - 1. Animata, a, d, g, k,
      - 2. Inanimata, b, b, h, l,
      - 3. Mixta, e, f, i, m,
  - 2. Diversi.
- 2. Rerum significatarum.
  - 1. Animata,
  - 2. Inanimata
  - 3. Mixta,
    - Generis.
      - 1. Ejusdem,
      - 2. Diversi.
        - 1. Masculini, D, I. X,
        - 2. Fœmini, O, s. y.
        - 3. Neutrius, p. t. z. q. 22.

Exempla a. Liv: Hippocrates & Epicides nati Cartagine, d. Ovid: Sors eadem Ismarios Hebrum cum Strimone siccant, f. Ovid: Non mihi venistis Semele, Ladeve docendæ. Apule Juno cum Minerva tristes videbantur. c. Quin: Grammatica & Musæ quoniam junctæ fuerant, f. g. h. i. k. Ovid: Mulciberis capitur Marsque Venusque dolis, l. Val: Pedes ejus pretiosos & caput & manus in cista chlamyde opertos, pro munere misit. Plin: Seriore prædictis Narcissus & Lilium, m. Virg Casosque reportant Almotem puerum fædatique ora Galesi. Ovidius Jane facaternos pacem pacisque ministros. Cic: Propter & Doctoris auctoritatem & Urbis, quorum alter te scientia augere potest, altera exemplis, n. Soli Polipus & Chamælion sunt glabri (opq) Plin: Mollia sunt loligo sepia, ut Polipus. Cæs: Leporem, gallinam, anserem gustare fas non putant, hæc tamen alunt. 1. Cic: Comprehendimus calorem, saporem, odorem, quæ nunquam animus cognosceret

vet (seu) Liv: *Labor & voluntas societate connexa.* Cic: *Ut operam, fidem, studium, consilium sibi parata putent. Bella cades rapina, & discordia civilis rata fuerũt.* Plin: *Novacula & ferrum pisce tacta olent.* X. Ovid: *Careo Patria & Conjuge chara, & quidquid mihi est, hac duo dulce juris,* (26) Cic: *Repete praterea Deos, Penates, aras, facios, Larem familiarem, in quo tu invaseras.* Ad alias literas nulla potuimus exempla invenire.

23. *Antecedens est id, quod prius ponitur, sive sit unum vocabulum, sive membrum Orationis. Relativum verò est vox, qua rem seu vocabulum prius positum commemorat, & rursus in mentem reducit. Porro Relativa sunt ista. Qui, qua, quod, hic, iste, ipse, ille, is, idem. Antecedens iterare, est ipsum bis ponere, primò ante Relativum, secundò post Relativum; non cum prius, sed cum posterius posito Antecedente in Genere, Numero & Casu concordabit Relativum. Antecedens iterare aperte multi solent Auctores.*

24. *Regula 5. Cap: 4. Adjectiva istius Regula debent esse ejusdem Generis cum Genitivo Plurali, ut Lanarum nigra, nisi aliud Substantivum addatur: ut vilissimus animalium lepus. &c. Ubi est Eclipsis vocum ut (sola avium) deest: avis (& de numero) quia plena Syntaxis est, ista (sola avis de numero avium) fit autem id per Hellenismum.* Liv: *Lib: 6. initio Hellenismi & Lib: 3. de Partitivo. Hanc Regulam efferes etiam per Primam Cap: 2di. ut: plani piscium, plani pisces. Exempla hujus Regula.* Hor: *Dulcissima rerum,* Plin: *Surdis etiam rerum sua cuiq; sunt remedia.* Idem in Capite paucis animalium visi volucribus apices. Idem: *Canum degeneres, &c.*

D Reciprocis.

1. *Reciprocum* Sui & Suus, *aliquando pro se, aliquando etiam pro Relativo* Ille, *vel* Ipse *sumitur.*

2. *Reciprocum sumitur pro se. Primò quando ad Verbi Infiniti Accusativũ prioris Tertia Persona refertur ut. Puto Petrum favere sibi. &, Audio Paulũ irasci fratri suo. Secundò, Quando ab aliquo Adjectivo cohærente cum Substantivo tertia Persona regitur, aut aliquo modo dependet, ut. Vidi Paulum calefacientem se. &, Vidi Paulum euntem ad ades suas. Tertiò, Quando cum Verbo tertia Persona positum ad Nominativum illius Verbi refertur, ut: Paulus laudat se & Parentes suos. Hoc reciprocum etiam Activè debet retineri.*

2. *Reciprocum sumitur pro Relativo,* Is, Ille, Ipse, Primò, *Quando à Verbo prima & secunda Persona, regitur, aut saltem cum ipso in eadem Clausula ponitur, ut: Petrus rogat, ut se commendem, id est: ut illum commendem. &. Frater hortatur, ut redeas domum suam, id est, domum illius.* Secundò, *Quando à Verbo tertia Persona regitur, vel cum ipso in eodem commate ponitur, nec tamen ad Nominativum illius Verbi refertur, ut: Petrus scripsit ad Regem litteras, in quibus rogabat suam Regiam Majestatem, &c. Parentes ea amovent à liberis, quæ sibi nocent, id est, illis liberis.*

3. *Duabus Tertiis Personis, ad quas potest referri possessio, una in recto, altera in obliquo concurrentibus, si in obliquo posita non additur Adjectivum, à quo possessio dependeat, tunc Persona in Recto posita possessio per reciprocum, alterius verò per Genitivos (Ejus, illius, ipsius,) amphibologiæ vitandæ causâ, est exprimenda, ut: Petrus amat Paulum, propter virtutem suam. quia hic virtus possidetur à Petro, at verò si possideatur à Paulo, dicendum erit sic: Petrus amat Paulum propter virtutem ejus. Si vero Persona in obliquo posita additur Adjectivum, à quo possessio dependeat, tunc possessio ejus per reciprocum, alterius verò per Genitivos exprimetur, ut: Petrus percussit Paulum calefacientem manus, respectu Petri manus ejus, respectu Pauli, manus suas.*

4. *Dum tres tertiæ Personæ, ad quas fieri possit possessio, concurrunt, ut hic: Petrus irascitur Paulo, quòd Stanislao non reddidit librum, hoc modo vitabis Amphibologiam, si liber est Petri, tunc Genitivô uteris Relativi. s. quòd Stanislao non reddidit librum ipsius. Si liber est Pauli, utere Reciprocô sic, quòd Stanislao non reddidit librum suum. Si liber est Stanislai, tunc bis ponas vocem Stanislai, s. quòd Stanislao ipsimmet Stanislai librum non reddidit.*

5 *In quo loco Reciproca pro Relativis ponuntur, in eo ipsamet Relativa poni possunt, & pulchriùs quidem aliquando, præcipuè cum ad obliquum referuntur, ut: Præceptor ea docet Discipulum, quæ sibi prosunt, vel illi prosunt. Reciprocis utimur in talibus. Capi avem cum pullis suis. Percussisti fratrem gladiô suô Sua sæcula risêrunt Mæonidem Suis criminibus illum accusabo, &c. Quia versa in Passivam Syntaxim retinent, idem Reciprocum omnino.*

6. Ad

6. Ad quod referatur Reciprocum (Suus) indicabit hæc Interrogatio (cujus) additô Substantivô, cum quo cohæret (Suus) ùt: Vidi Paulum & Fratrem suum, Cujus Fratrem? Respondetur: Pauli. Ideo apparet (Suum) referri ad Paulum, Item: Ad quid referatur (Suus) indicabit Interrogatio Quis, quæ, quid.

Atq; sanè ex his cognosci potest, quàm malè de Grammatica illi sint meriti, qui secunda Persona quasi honoris causâ dicunt: Rogo Dominationem suam, pro Rogo Dominationem tuam, quos omnes justè hic à nobis reprehendi scias. Nam verba, quæ proferunt, non sonant, quod ipsi volunt, sed aliud, dicere enim, Dominatio sua veniat, est dicere illius Dominatio, quasi alicujus tertii, vel ille Dominus veniat.

Causa istius erroris est hæc, quia, à qua Persona res possidetur, ab illa possessivū huic rei possessæ addendū, debemus derivare, si possidetur à prima Persona, voce Meus vel Noster, si à secunda, voce Tuus vel Vester, si à tertia, voce Suus vel Genitivô, Ejus, Ipsius, Illius, &c. erit utendum. Et quoniam hæc vox (Dominatio) possidetur à secunda Persona, dum illā alloquimur; ideo illi non sua; sed tua opus est addere possessivum. Neq; excusas, dum dicis; multos aliter, quàm nos docemus, loqui, nam etiam contra istos omnes hæc à nobis scribuntur. Quinimo nec illud valet quidquam, dum ajis hanc vocem Dominatio esse tertiæ Persona, quia & nos hoc idem fatemur. Omnia enim Nomina sunt tertiæ Personæ, & quia Dominatio est tertia; ideò illi non modò Verbū tertiæ Personæ, sed etiam Suus adjungimus, etiam tunc, quando illi additur Mea, Tua &c. ùt: tua Dominatio det mihi suum Librum, Ecce det (suum) Atq; hoc fit non quatenus Dominatio est res possessa, sed quatenus est Nomen seu res possidens. Quamobrem; quo Pronomine Primitivo utemur, loquendo per concretum; eo utamur, loquendo per abstractum, ùt: Tu Domine fuisti, tua Dominatio fuit, Tu Pater ores, Tu vel Vestra Paternitas oret. Tu Generose Domine dicas. Tua Generosa Dominatio dicat. Vos Domini fuistis, Vestræ Dominationes fuerunt, &c. Hoc idem dictum puta esse de istis Sanctitas, Majestas, Celsitudo, Excellentia, &c. quod si quis alias honoris voces habet aptiores, quas. cum Verbo occurrenti habeant affinitatem tunc multò adhuc elegantius loquetur, ùt: Tua Clementia ignoscat mihi, Vestra liberalitas donet mihi, &c.

Ratio Supplendi Tempora Verborum.

Verba Passiva, Deponentia, Communia, Neutropassiva, Impersonalia vocis Passivæ in omnibus Modis Perfecto, Plusquàm Perfectô & futurô Subjunctivi videntur carere propriâ: in locum tamen eorum habere solent alia Substantiva, quæ sunt ex Præterito Participii, & Verbo Sum *composita. Partes autem istorum Temporum, ex quibus componuntur, juxta certas Regulas Syntaxeos sunt construendæ. Et Participium quidem tanquam Adjectivum juxta Regulas Cap: 2. Quod in Verbis Personalibus Genus & Numerum à Substantivo aliquo sortietur, in Casu autem Nominativo ponitur, excepto si* esse *vel* fuisse *addatur, eo enim tempore in Accusativo erit collocandum. Verbum verò* Sum *in Modis Finitis per Regulas Cap: 1. & maximè per Regula 4. membrum 1. In Infinitivo verò per Cap: 16. Reg: 3. Porro quomodo Verbum* Sum *sit per Modos, Tempora, Numeros & Personas variandum, habetur in Tyrocinio. f. in Indicativo Perfecto* Sum *vel* fui, *es vel* fuisti, *&c. in Plusquam Perfecto* Eram *vel* fueram, &c.

Futurum Infinitivum Passivum Suppletur.

Primò, Ex (iri) & *voce simili Supino, quæ vox cuivis Generi & Numero sinè mutatione est addenda, ut scio, puerum doctum iri. Scio fratres doctum iri. Scio Sorores doctum iri. Scio aves captum iri.*

Secundo *Ex Futuro Participii* (dus) *in Accusativo, mutatis Numeris & Generibus additoq;* esse *vel* fore *vel* fuisse *ut aicu Matrem esse amandam. Puto pueros esse docendos. Scio literas esse scribendas.*

Tertio. *Ex Præterito Participii in Accusativo, mutatis Numeris & Generibus, addito* (fore) *ut: Peto fratrem commendatum fore, Scio literas scriptas fore.*

Quartò. *Ex Fore aut* Futurum esse *vel* fuisse *& Particula* (ut) *additô Verbô occurrente Passivo in Conjunctivi præsenti, si res est adhuc futura, vel Imperfecto, si jam est præterita, ut spero fore, ut commenderis. Scio futurum esse ut lauderis. Casi Sperabant futurum fuisse, ut amitteretur Oppidum.*

Futurum

Futurum Infiniti Modi cujuslibet Verbi præter Passivum suppletur dupliciter.
1mò Ex Futuro Participii in Rus, in Accusativo positi, mutatis Numeris & Generibus additoq; esse vel fuisse vel fore, ut: Spero Matrē esse venturam, scio pueros fore lecturos. Sperabam fratrem esse iturū.
2dò Ex Fore aut Futurum esse vel Futurum fuisse & Particula (ut) adjunctio Verbo occurrenti in Conjunctivo Præsenti, & aliquando Imperfecto, ut: Spero fore, ut pluat, spero futurum esse, ut studeat. Sperabā futurū fuisse, ut ningeret, &c.

In Circuitionibus istis Participio Futuri, tunc erit addendū (esse vel fore) quando loquimur de re futura, ut est adhuc futura, ut: spero te esse commendandum, scio pueros esse verberandos. (fuisse) verò tunc, quum loquimur de re præterita, ut erat futura, ut: sperabam te esse commendandum.

Isti Infinitivi duo; esse vel fuisse, in qualibet circuitione tam Præteriti, quàm Futuri aliquando aperte, aliquando etiam occultè solent ab Auctoribus poni, ut: tadissimum bellum puto futurum deest: Esse.

Infinitivus cum iis omnibus, quæ ipsum præcedunt, & subsequuntur, aliquando ponitur pro Nominativo, aliquando etiā pro Accusativo. Pro Nominativo ponitur hîc; Pro Patria mori est pulchrum. Maxima virtus est præstare silentia rebus. &c. Pro Accusativo ponitur in his Exemplis; Scio legere, volo studere, audio te venisse, spero te esse lecturum, &c. De Gerundiorum & Supinorum expositione alias.

De Ordine Grammatico.

1. Ordo, Gram:
1. Est Verborum artificiosè ab Auctoribus collocatorum ad suum locum revocatio, & quadam dispositio: quam quidē dispositionē solent Grammatici explicando Auctores observare propterea, ut melius sensū Verborum possint percipere. Hic docet, quod vocabulū primo loco sit ponendū, quod secundô, quod tertiô? quod quartô? &c.

2. Septem loca seu septem habet Regiones. In prima Regione poni solet Vocativus cum his omnibus, quæ ipsum præcedunt & consequuntur. In secunda Adverbia & Conjunctiones, maximè, quæ modum regunt. In tertia Nominativus, vel id, quod ejus locô ponitur cum suis omnibus additionibus. In quarta Verbum Finiti modi cum determinato adverbio.

In quinta Accusativum ante Infinitivum cum suis Attributis, in sexta Infinitivus cum Adverbio, in septima Casus obliqui post Verbum, ut hæc Oratio: Etsi frater mi amantissime Paule, Vir Clarissimus Pater tuus, Me Nepotem suum Artibus Liberalibus Cracoviæ in Academia diligentissimè studere cupit vehementer, sic est ordinanda: 1mò, Paule frater mi amantissime, 2. Etsi. 3. Parens tuus Vir Clarissimus. 4. Cupit vehementer. 5. Me Nepotem suum. 6. Studere diligentissimè. 7. Artibus Liberalibus Cracoviæ in Academia.

NOTA.

1. *Hunc Ordinem post quamlibet periodum, & duo puncta rectè assignata esse renovandum.*
2. *Ex his septem regionibus, tantum tertiam & quartam esse perpetuam.*
3. *Ecclipsim & Syllepsim ad simplicem in Ordine Grammatico transire Syntaxim*
4. *Ordinem Grammaticum facilè recipi posse, per Interrogationes, inter explicandum formatas.*
5. *In Ordine Grammatico ante omnia videndum esse Verbum utrinq; Nominativos habens inter ipsos esse collocandum, ut: res est facta.*
7. *Cujuslibet Regionis voces hunc specialem inter se requirere Ordinē, 1. ut præponatur vox declarata declaranti, seu determinata determinanti, ut: Mater mea. Equus Regius. 2. Determinans nondeterminanti, ut: Carus maximè mihi. 3. Regens recta, ut: amo Deum. 4. Absoluta Transitivæ, ut: Domus interior splendida luxu. 5. Proprius Casus Communi, ut: studere literis Cracoviæ. 6. Prior Casus posteriori, ut: dedi fratri librum. 7. Negatio voci negatæ. ut: Nunquam fui. 8. Conjunctio Adverbio, ut: Etsi non dubito.*

Excipe hinc voces. 1. Interrogativas, ut: Quem vidisti? 2. Negativas, ut: Neminem vidi. 3. Relativas, ut: Liber, quem habeo, est tuus. 4. Eas, quarum Substantiva apertum post se regunt Obliquum, ut: Exiguum curriculum vitæ. 5. Casus breves respectu longorum, vel Relativum post se habentes, ut: Renovavit veterem curam animi, mihi instituenti referre & mandare Libro huic tertio sermonem eum, quem Grassus habuisset.

GRAMMATICARUM INSTITUTIONUM LIBER IV.

DE PROSODIA, SEU VERSIFICATIONE.

Ubi ea, breviter & apto ordine referuntur atq; recensentur; quorum cognitio, non modò ad scribenda Carmina & faciendos Versus, verùm etiam ad rectam Voces Latinas pronunciandi rationem, est utilis & omnino necessaria.



PRO-

Prosodia, est Pars Grammaticæ, in qua Syllabarum Quantitas, Pedes Metrici, Carminum Genera, & Accidentia traduntur.

CAPUT I.

De Literis & Syllabis.

1. Literæ sunt duplices: *Vocales & Consonantes.*
2. Vocales sunt sex: *A, e, i, o, u, y.* Ex his fiunt sex Diphthongi, *ae, eu, ei, au, œ, yi,* ut *præmium, aurum, hei, pœna, Harpyia.*
3. Consonantes sunt duplices: *Mutæ & Semivocales.*
4. Mutæ sunt octo: *b, c, d, g, k, p, q, t.*
5. Semivocales sunt octo: *f, l, m, n, r, s, x, z.*
6. Mutæ à Semivocalibus differunt, quia in prolatione Mutis Vocales postponuntur, Semivocalibus verò præponuntur.
7. Ex Semivocalibus quatuor sunt liquidæ *L, m, n, r.*
8. Litera liquescit, cùm vim & robur suum amittit.
9. Litera F, ante L, & R, posita fit muta.
10. Litera H, in Prosodia nihil valet.

1. *I.* & *V* sunt Consonantes, in istis Syllabis Ja, je, ji, jo, ju, *Va, ve, vi, vo, vu,* ùt *Jacio, jeci, Valentine veni, vide volatum vulturum.*

2. Duplæ sunt tres: *X, Z* & *I*, inter duas vocales positæ: Dicuntur duplæ, quia duas valent literas, *X*, valet *CS*, *Z* valet *DS*, *I* valet *II*, ùt: *Rex, Gaza, Major.*

Syllaba est literarum comprehensio, ùt: *A, ca, de, mi, a.*
Syllaba fit ex una vel pluribus literis, ùt: *via, plebs.*
Syllaba ratione loci est triplex, *Prima, Media, Ultima.*
Syllaba ratione Quantitatis est triplex: *Brevis, Longa, & Communis.*
Syllaba Brevis est, quæ unum tempus habet, ùt: *Fuit.*
Syllaba Longa est, quæ duo Tempora habet, ùt: *Fons.*
Syllaba Communis est, quæ nunc brevis, nunc longa esse potest, ùt: *Tenebræ, Patria, Volucris, &c.* hoc autem tantùm valet in Carmine.

7. Tempus in Prosodia est spatium, seu mora illa, qua Syllaba pronuntiatur.

8. Syllabæ Longæ signum est tale – Brevis verò u

9. Quantitas Syllabarum undecim modis cognoscitur. *Diphthongó, Positione, Vocali ante Vocalem. Compositione, Incrementó, Derivatione, Præteritó, Supinó, Terminatione, Figurâ, & Authoritate.*

CAPUT II.

De Diphthongo & Positione.

1. Diphtongus omnis longa est naturâ, ùt: *Præsul, aurum pœnæ.*

2. Diphtongus Præpositionis *Præ*, in Compositis ante Vocalem posita ferè semper corripitur, vix aliquando producitur, ùt: *Præustus, præacutus, præire.*

Admonitio *Diphthongum initió Vocis Vel in medio, Vel in fine sequente Vocali à Poëtis more Græcorum correptam mirari, non Verò imitari puero licebit.*

Ovid: *Longior antiquis Visa Mæotis hyems.*

Virg: || *Glauco &* | *Pano* | *pææ &* | *ino* | *o Meli* | *certe.*

Virg: *Insulæ||lent o|| in ma||gno quæ|| dira cæ* | *lano.*

Inple,||runt mon,|| tes: fle,||runt Rhodo,||peiæ,||arces.

1. Vocalis ante duas Consonantes firmas ambas ejusdem vocis, vel unam saltem unius & alteram alterius posita, est longa, ùt: *Mars, concors, scamnum.*

2. Vocalis ante duplam ejusdem vocis posita, est longa, ùt: *Dux, Gaza, Troja.*

3. Vocalis naturâ brevis ante duas Consonantes ejusdem vocis debiles, s. Priorem Mutam, & Posteriorem Liquidam, si ambæ ad alteram referantur syllabam, apud Poëtas est Communis, apud Oratores Brevis, ùt: *Atlas, Volucris, palpebra, tenebræ.*

4. In Verbo *Rejicio*, *Re* Syllaba est Communis.

CA-

CAPUT III.

De Vocali ante Vocalem.

1. Vocalis ante Vocalem in Latinis vocibus corripitur, ùt: *DEUS*, *traho*, *mihi*, *&c.*

EXCEPTIO.

1. Producit cum Compositis *Fio*, syllabam *Fi*, R, absente, & præsente corripit, *Fiat*, *fiebam*.
2. Quintæ Declinationis Genitivus & Dativus producit E, ante I, ùt: *Faciei*, *diei*, Excipe: *Rei*, *spei*, *fidei*, bre via.
3. Producit positam ante se vocalem Vocativus Secundæ Declinationis in I, à Nominativo *Jus* veniens, ùt: *Cai*, *Pompei*, *&c.*
4. Interjectio *Eheu*, priorem producit.
5. E, & O, ante I, posita in possessivis desinentibus in *Ejus* & *Ojus*, divisum producuntur, ùt: *Trojus*, *Priamejus*.
6. Genitivus in *Ai* divisum antiquis, *A*, ante *I*, producit, ùt: *Aulai*, *pictai*.
7. Genitivus in *Ius* ante *Us* apud Poëtas habet Commune, apud Oratores longum, ùt: *Unius*, *Totius*, *ipsius*.
8. In Genitivo producit *Li* syllabam *Alius*.
9. In Genitivo corripit *Ri* syllabam *Alterius*.
10. Variant *Ohe*, & *Jo*, priorem.
11. Variant Vocalem ante Vocalem Peregrinæ & Barbaræ voces, ùt: *Michaël*, *Gabriel*, *&c.*

Græca Vocalem ante Vocalem, quædam producunt, quædam corripiunt, & quædam variant.

Producunt ista: *Aër*, *Lais*, *Nais*, *Lycaon*, *Nicolaus*, *E*, *Calliopea*, *Cytherea*, *Deiopeia*, *Deiphobus* *Spondeus*, *I*, *Democratia*, *Dulia*, *Elegia*, *Thalia*, *Priamides*, *Clio*, *Orion*, *Diana*, *Amphion*, *Darius*. *O*. *Troilus*, *Zoilus*.

Corripiunt ista: *Cytherea*, *Elegia*, *Symphonia*.

Variant ista: *Chorea*, *Platea*,

CAPUT IV.

De Compositione.

In Compositis Vocibus:

1. Præpositiones istæ: *A, e, de, di, se,* producuntur, ut *Evoco, educo, deduco, diduco, seduco, sevoco.*
2. Præpositiones istæ: *Ab, ad, ante, circum, in, ob, per, re, sub, super,* non impeditæ Positione, corripiuntur, ùt *Abeo, adamo, ineo.*
3. Præpositio *pro* Latinis est longa, Græcis verò brevis, ùt *Produco, protraho, Propheta.*
4. Pars prior corrupta in *A,* producitur, ut *Traduco, trano.*
5. Pars prior corrupta in *E, I, V,* corripitur, ùt *Nefas, Archetypus, agricola, causidicus, omnipotens, sacrificus, ducenti, quadrupes, &c.*
6. Pars prior corrupta in *O,* apud Græcos est Brevis, apud Latinos incerta & usu tantùm discenda, ut *Argonauta, Theophilus, Oeconomus.*
7. Pars Prior & Posterior utraq; non Monosyllaba, in primis & mediis syllabis est tanta, quanta fuit extra Compositionem, sive maneat, sive mutetur Vocalis aut Dyphtongus illius partis, ùt *Lucifer, falcitenens, inimicus, iniquus, occido.*
8. Pars Prior & posterior, utraq; integra, ratione ultimæ syllabæ suæ est tanta, quanta fuit extra Compositionem, ùt *Mecum, quare benedico, hodie.*

Admonitio. *Pars integra illa dicitur, quæ tam in Compositione, quàm extra Compositionem eodem modo finitur, respectu vocis cum qua componitur,* ùt Mecum, Tecum benedico, *quia etiam extra Compositionem dicitur:* Cum te, dico bene: *Corrupta verò eadem dicitur, quæ aliter in compositione, aliter extra desinit, ùt* Agricola: *extra Compositionem sic finitur* Agrum colens, armiger, arma gerens, omnipotens, omnia potens, &c.

1. Brevis est syllaba
- 1. *Di*, in *Dirimo* & *disertus*.
- 2. *Pro*, in his vocibus: *Profugio, profugium, profugus, profundus, profano, profanus, profestus; pronepos, proneptis, profectus, profectò, profiteor, profari.*
- 3. Posterioris partis prima in istis vocibus: *Dejero, pejero, innuba, pronuba, nihilum, semisopitus, causidicus, Veridicus, fatidicus, maledicus.*

4. *Idem* primam syllabam in Masculino producit, in Neutro verò corripit.

5. In *Meridies*, *biduum*, *triduum*, *tubicen*, I, producitur.

2. Longa est syllaba.
- 1. *Re*, in *Refert*, Impersonali.
- 2. *Ve*, in *Veneficus* & *Venefica*.
- 3. *Bi*, in *Ambitus*, Participio, Brevis verò in Nomine.
- 4. *Bi*, in *ibidem*, *ubilibet*, *ubiq;*, *ubivis*.

5. *Lagopus*, *Minotaurus*, *Geometra*, O longum habent.

6. Communis est syllaba *Pro*, in *Profundo* & *procurro*, *Tri*, in *Quatriduum*, & *Bi*, in *ubicunq;* *Nu*, in voce *Connubium*.

CAPUT V.

De Incremento in Communi.

1. Incrementum idem est, quod augmentum, seu accretio, seu accessio unius vel plurium syllabarum.
2. Incrementum est duplex: *Casuale* & *Temporale*.
3. Incrementum Casuale est, quod fit in casu, & convenit Nomini, Pronomini, & Participio, ùt *Omnibus*, *nobis*, *legentibus*.
4. Incrementum Temporale est, quod fit in Tempore, & soli Verbo convenit, ùt: *Ibamus*, *audiebamus*.
5. Vox tot incrementa habet, quot syllabis superat suum principium: & si ei numerô syllabarum est æqualis, tunc nullum habebit Incrementum.

1. Incrementi Casualis Singularis à Nominativo Singulari; Pluralis verò à Nominativo Plurali incipit origo.
2. Temporalis Incrementi principium & Norma est, Secunda Persona Singularis Indicativi Præsentis, & Prima Perfecti in suis Derivativis.
3. Incrementi cujuslibet locus, est prima vel media Syllaba. Prima principii monosyllabi, ùt: *Dotem*, *Vobis*, *dabo*, Media principii polisyllabi, ùt: *Dotibus*, *dabimus*, *&c.*
4. Passiva, Communia & Deponentia à Secunda Persona Singulari Præsentis Indicativi Activi, illa à vera, ista, à ficta, capiunt incrementa: ùt: ab *amas*, venit, amaris, *sic* à ficta *Criminas*, venit, *criminaris*, a, longa.
5. Incrementum Casuale est duplex, *Singulare & Plurale.*
6. Incrementum Singulare est, quo Singularem Nominativum superant Casus Singulares ùt: *Sermonis*, *lapidis*.
7. Incrementum Plurale est, quo Pluralem Nominativum superant Casus Plurales, ùt: *Viarum*, *quibus*, *Vobis*, *&c.*

CAPUT VI.

De Incremento Casuali.

1. Secunda Declinatio Incrementa Singularia corripit, ùt: *Viri*, *Saturi*, *pueri*, præter *Iberi*, & *Celtiberi*.

A.

Tertia Declinatio *A*, Incrementum in Latinis producit, ùt: *pax*, *pacis*, *Audax*, *audacis*, *&c.*

A Incrementum corripiunt.
1. Masculina in *Al*, & *Ar*, & quævis alia in duas Consonantes exeuntia ùt: *Sal*, *salis*, *Cæsar*, *Cæsaris*, *trabs trabis*.
2. Ista *Par*, *compar*, *dispar*, *lar*, *jubar*, *hepar*, *nectar*, *baccar*, *mas*, *maris*, *Vas*, *Vadis*, *anas*, *anatis*.
3. Græca *A*, vel *As*, vel *Ax*, in Nominativo finita, ùt: *Poëma*, *poëmatis*, *Pallas*, *Palladis*, *Corax*, *coracis*.

Ajax, *Thrax*, *Thorax*, *Limax*, *Phaax*, *A*, Incrementum producunt.

E.

Tertia Declinatio *E* incrementum corripit, ùt *Grex, gregis, seges, segetis.*

E Incrementum producunt Nomina.
1. Quorum Genitivus exit in *Elis*, & *Enis*, ut *Michaël, Ren, Siren, &c.*
2. Græca *Er*, vel *Es*, in Nominativo finita, ùt *Crater, soter, luter, tapes, lebes, &c.*
3. Ista *Ver, iber, seps, plebs, fex, merces, quies, hæres, locuples, Rex, lex, exlex, halex, vervex.*

Aer, æther, hymen, breve habent Incrementum.

I. & Y.

Tertia Declinatio *I*, & *Y.* Incrementum Singulare corripit, ùt *Carminis, nivis, Chalybis, &c.*

I, vel *Y*, Incrementum singulare producunt.
1. Adjectiva in *Ix*, & Verbalia in *Trix*, ùt *Felix, victrix, Genitrix, &c.*
2. Ista omnia *Lis, Dis, Samnis, Nesis, glis, gryphs, vibex, bombix, cicatrix, coturnix, perdix, radix, cornix, coccix, lodix, Phœnix, spadix, cervix, mastix, Homeromastix.*
3. Græca quorum Genitivus exit in *Inis* vel *Ynis*, ùt *Delphin, Phorcin, Salamin.*

Berbyx, Sandyx, David, variant Incrementum.

O.

Tertia Declinatio *O* Incrementum producit, ut *Sol Solis, Sermo sermonis*

Græca Genitivum *Onis* scriptum per
1. *Omycron* corripiunt ùt, *Palæmon, Jason, Teuto, Macedo.*
2. *Omega* producunt, ùt *Vasco, Burgundio.*

O. In-

O Incrementum corripiunt Nomina.
1. Latina Substantiva Neutra plurisyllaba, ùt *Corpus, nemus, pecus, &c.*
2. Ista Nomina *Bos, compos, arbor, memor, bicorpor, tricorpor, indecor, dedecor, & lepus* animal.
3. Græca cujusvis Generis quorũ Genitivus exit in *Oris*, ùt *Rhetor, Nestor, ebur, marmor, &c.*
4. Composita ex *pus, podos*, ùt *Tripodos, &c.*
5. *Præcox, Cappadox*, & quorum Thema desinit in *Obs, ops*, ùt *Scorbs, Æthiops, Delops, &c.*

1. Producunt Incrementum, *Cyclops, Cercops, hydrops, Conops, Myops, Europs.*
2. Variant *Ægon*, & *Orion*, sua incrementa.

U.

Tertia Declinatio *V* Incrementum corripit, ùt *Guttur, gutturis, murmur, murmuris, &c.*

V Incrementum producunt.
1. Nomina quorũ themata per *us* finita, *utis*, vel *uris*, vel *udis*, habent in Genitivo, ùt *Virtus, virtutis, tellus, telluris, palus, paludis, &c.*
2. *Frux, frugis, lux, lucis, Pollux, Pollucis, fur, furis, trifur, trifuris.*

Pecus, Ligus, intercus, V. Incrementum corripiunt.

De Incremento Casuali Plurali.

Incrementum Plurale desinens in
1. *A, E,* & *O*, producitur, ùt *Deabus, rerum, vobis, &c.*
2. *I,* & *V*, corripitur, ùt *Tribus, quibus, quercubus.*

CAPUT VII.

De Incremento Temporali.

A, E, O.

A, E, & *O*, Incrementa Verborum producunt, ùt *Amamus, amemus, amatote, &c.*

EXCE-

EXCEPTIONES.

Do, *circumdo*, *pessundo*, *venumdo*, *satisdo*, syllabam *da* Incrementum corripiunt, ùt: *Damus*, *dabam*, *dare*.

1. Incrementum *E*, ante *Ram*; *Rim*, *Ro*, corripitur, ùt: *Eram*, *fuerim*, *ero*, *legerim*, &c.
2. Incrementum *E*, primum ante *R*, in Præsenti & Imperfecto omnium Modorum Verba tertiæ Conjugationis cujusvis Generis corripiunt, secundum verò producunt, ùt: *Legerem*, *legere*, *legeris*, *legereris*.
3. Incrementum *E*, in Futuro Indicativi prima & secunda Conjugatio *beris* vel *bere* corripit, ùt: *Amaberis* vel *amabere*, *doceberis* vel *docebere*, &c.
4. Incrementũ *E* ante *Runt*, vel *Re*, Perfectum Indicativi tutiùs producit, quàm corripit, ùt: *Dederunt* vel *dedere*.

I. & *V.*

I. & *V.* Incrementa Verborum corripiuntur, ùt: *Legimus*, *sumus*, *possumus*, &c.

1. Incrementum *I.* producit *Sum* & *Volo*, cum Compositis ubique, præter Indicativi perfectum, ùt: *Simus*, *nolimus*, *velimus*, &c.
2. Incrementum primum omnia verba Quartæ Conjugationis producunt, ùt: *Audimus*, *irem*, *ire*, &c.
3. Incrementum in prima Plurali Perfecti Indicativi omnes Conjugationes corripiunt, ùt: *Amavimus*, *docuimus*, *legimus*, *audivimus*, &c.

CAPUT VIII.

De Derivatione, Præterito, & Supino.

1. Voces Derivativæ Speciei, Primitivarum suarum retinent Quantitatem, ùt: *Amans*, *docendus*, *tenax*, *legebam*, &c.

EXCE-

Exceptio.

1. *Sedes, laterna, feralis, Regula, tegula, iunior, humanus, fomes, jumentum, mobilis,* ex brevibus ortæ, primam Syllabam producunt.
2. *Arena, arista, arundo, lucerna, sopor, Vadum, Variosus, dicax,* ex longis ortæ primam corripiunt.

Annotatio. *Quantitatem Derivativorum descendentium à Præsenti præterito & Supino sæpius alii Modi, quam Derivatio tibi indicabit.*

1. Præterita & Supina simplicium dissyllaba, primam non impeditam producunt; ut: *Movi, motu, Vidi, Visum, &c.*
2. Præterita & Supina simplicium trisyllaba, ratione Primæ sunt tanta, quanta est Prima Præsentis ut: *Amavi, amatum.*
3. Supina simplicium in *Atum, etum,* & *utum* penultimam producunt ut: *Amatum, fletum, solutum, &c.*
4. Præterita & Supina simplicium trisyllaba in *ivi, itum,* penultimam producunt, ut: *Petivi, petitum, audivi, auditum, &c.*
5. Supina simplicium trisyllaba in *Itum,* à quovis Præterito, præter *ivi,* penultimam corripiunt, ut; *Genitum, monitum, agnitum, cognitum, &c.*
6. Præterita reduplicata utramque priorem, si Positio non impedit, corripiunt, ut: *Cecini, peperi, tetigi, pupugi, momordi, tetendi, &c.*
7. Primam corripiunt ista Præterita: *Bibi, tuli, dedi, steti, fidi, genui, posui, potui.*
8. Primam corripiunt ista Supina: *Datum, satum, ratum, itum, quitum, situm, litum, rutum.*
9. In *Cecidi, à Cado,* & in *Pepedi, à Pedo* penultima est longa.
10. *Citum* à *Cieo* Secundæ Conjugationis, corripit Primam ut *Concitus.* Sed *Citum* à *Cio* Quartæ, producit, ut *Excitus.*
11. In *Statum* Primam esse communem ista probant longa *Staturus, constaturus;* item ista brevia, *Status, a, um,* & *Status, ûs,* & *præstitus.*

CAPUT

CAPUT IX.

De Terminatione.

Admonitio *Ultimarum Syllabarum Quantitas tum demum est investiganda Terminatione, quum nec Diphthongo, nec Positione, poterit cognosci.*

A.

A, In fine dictionis est longum ùt *a, ab, vah, da, ama, juxta, &c.*

A. In fine.

1. Corripiũt omnes Nominativi, Accusativi & Vocativi, ùt *Via, scamna, aëra, ea, ducēta, trecenta, &c.*
2. Producũt Ablat: 1mæ Declinationis, ùt *Viâ longâ*
3. Producunt Vocativi Græcorũ Masculinorũ in *As* 1mæ & 3tiæ Declinationis, ùt *ô Ænea ô Palla.*
4. Corripiunt, *Eja, quia, ita, postea.*
5. Sæpiùs producũt quæcorripiũt, *Cõtra, ultra, puta.* & Numeralia in *Ginta* ùt *Triginta, quadriginta &c.*

E.

E. In fine Dictionis est breve, ùt *Domine, lege, dulce, que, ve, ne, ce, te, pte.*

E. in fine producunt.

1. Omnes Casus Primæ & Quintæ Declinationis in *E*, exeuntes ùt *Anchise, ode, acie, re, die,* cum Compositis, *quare, hodie, pridie.*
2. Imperativi Singulares Secundæ Conjugationis ùt *Doce, stude, move, &c.*
3. Monosyllaba ista: *Me, te, se, de, ne,* prohibendi.
4. *Ferme, fere, valde, cete, tempe, ohe, facilè.*

Adverbia omnia in *e*, ab Adjectivis Secundæ tantùm Declinationis orta, ùt *Pulchrè, doctè, optimè.*
Excipe *Benè, malè, magè,* pro *magis,* in fine brevia.

Ultima est Communis in *Vale, vide, & cave,* & in Vocativis, *Achille* & *Ulisse* & in Ablativo *fame,* & in Adverbiis *infernè, supernè.*

I. & Y.

I. In fine producitur, ùt *Veni, illi, &c.* *Y.* verò per ipsylon corripitur, ùt *Moly, &c.*

I. in fine Vocativi Græci Tertiæ corripiunt, ùt *ô Pari ô Alexi, &c.*

1. *Mihi, tibi, sibi, & cui,* disyllaba in fine sunt communia.
2. *Nisi, quasi, ubi, ibi,* & illorum composita, ùt *Alibi sicubi, &c.* in fine sunt communia.
3. Græca Latinè declinata in Dativo, ùt *Pyladi, Thetidi &c.* in fine sunt communia.

O.

O. in fine dictionis est Commune, ùt *Ego, homo, amo, legendo, duo, scio, nescio, conjunctio verò.*

O. in fine producunt
1. Monosyllaba omnia ùt *O, sto, do, pro,* & *ergo.*
2. Dativi & Ablativi Nominis, Pronominis & Participii Partis, ùt *Domino, isto, quo, facto, &c.*
3. Græca per *Omega* scripta ùt *Clio, Echo, &c.*
4. Adverbia ex Nominibus & Pronominibus nata ùt *Falsò, meritò, illò eò,* cum Compositis *adeò, ideò.*

V. B. D. T. M. C. L.

In fine Dictionis.
1. *V.* est longum, ùt *Manu, cornu, dictu, &c.*
2. *B, D, T,* sequente Vocali est breve, ùt *Ab, ad, fit.*
3. *M.* sequente Vocali aut Diphthongo modò elidi-tur, antea erat breve, ùt *Circum scamrum, &c.*
4. *C.* est longum, ùt *Lac, huc, illuc, hic, &c.*
5. *L.* est breve, ùt *Fel, semel, animal, &c.*

1. Corripiunt ultimam *Nec, donec,* & peregrina in *Ec,* ùt *Melchisedec.*
2. Variant ultimam *Fac,* & *hic,* Pronomen.
3. Producunt ultimam *Sal, Sol, nil,* & Hæbrea in *El,* ùt *Michàél Gabriel, &c.*

N. & R.

N. & R.

In fine Dictionis. { 1. *N*, est longum, ut: *Non, Pan, Siren, en, Delphin, Penelopen, &c.*
2. *R*, est breve, ut: *Vir, semper, frater, &c.*

Corripiunt N. in fine. { 1. Nomina habentia *Inis* breve, ut: *Carmen, fulmen, flumen, &c.*
2. Græca Neutra in *On*, Secundæ Latinorum; ut *Pelion*.
3. Accusativi Græci à Nominativis brevibus orti, ut: *Majan, Itin, Ibin, Menelaön, &c.*
4. Ista *tamen, attamen, forsan, forsitan, an, viden, in*, cum Compositis *dein, proin, &c.*

{ 1. Producuntur in fine: *Cur, fur, trifur, par, compar, dispar, lar, nar, far, ver, iver.*
2. Producuntur in fine Græca in Genitivo *Eris* habentia ut: *Crater, aër, &c.*
3. *Cor, & Celtiber* sunt Communia in fine.

AS. ES. OS.

AS. ES. OS. in fine Dictionis est longum: ut: *Amas, doces, hos, viros, &c.*

1. *As* in fine corripiunt. { 1. Nominativi, quorum Genitivus exit in *Adis*, ut: *Pallas, Lampas, &c.*
2. Accusativi Græci Plurales Tertiæ Declinationis, ut: *Heroas, Lampadas, &c.*

2. *Es* in fine corripiunt. { 1. Nomina, quorum est Incrementum breve, ut: *Miles, dives, præpes, &c.* A ✝
2. Græca Neutra Singularia, ut: *Cacoëthes.*
3. Nominativi & Vocativi Græci Plurales: ut *Troës Arcades, &c.*
4. Præpositio *Penes* & Verbum *Es*, cum Compositis, ut *Abes, Ades, potes, &c.*

A ✝ Excipe ista in fine longa, *Aries, abies, paries, caries, pes, sonipes, quadrupes*, & alia Composita.

3. *Os* in fine corripiunt. { 1. *Compos, impos, os, ossis, exos, exossis.*
2. Græca omnia per *Omycron*, scripta, ut: *Chaos, melos, opes, Synodos, Methodos, &c.*

Is &

Is, & Ys.

Is, & *Ys*, In fine dictionis est breve, ùt: *Lapis lapidis*, *legis*, *Capys*, *Chelys*, *&c.*

Is in fine producunt.
1. Omnes Casus Plurales, ùt: *Viris*, *Sitis*, *nobis*, *&c.*
2. Nominativi Incrementum longum habentes; ùt: *Lis*, *glis*, *dis*, *Salamis*, *&c.*
3. Verba ista *Velis*, *nolis*, *malis*, *sis*, *vis*, Nomen & Verbum & horum duorum Composita ùt: *Adsis*, *possis*, *quamvis*, *quivis*, *&c.*
4. Personæ Secundæ Singulares Præsentis Indicativi Quartæ Conjugationis, ùt: *Is*, *audis*, *&c.*

Us,

Us, in fine Dictionis est breve ut, *DEUS*, *meus*, *legimus*, *&c.*

3 *Us* In fine producunt
1. Monosyllaba, ùt: *Mus*, *sus*, *thus*, *grus*, *&c.*
2. Nomina Incrementum longum habentia, ùt: *Virtus*, *tellus*, *&c.*
3. Quartæ Declinationis Genitivi Singulares, item Nominativi, Accusativi, & Vocativi Plurales, ùt: *Fructûs*, *manûs*, *&c.*
4. Genitivi Græci Tertiæ Declinationis, ùt: *Didus*, *Clius*, *Echus*,
5. Græca in Genitivo *Untis*, habentia, ùt *Opus*, *Amathus*, & contracta ex *Oes*, ùt: *Panthus*, *&c.*
6. *Tripus*, *Melampus*, *&c.* per *Omega* ex *pus*.

2. JESUS Sanctissimum Nomen in fine est longum.

De Figura & Auctoritate.

Observatio *Tres sunt Figuræ, quæ investigandæ Syllabarum Quantitati conveniunt.* Systole, Diastole, & Synæresis.

1. Systole Figura est, quæ docet Syllabam naturà longam corripere, ùt: *Steterunt*, *dederunt*, *Insula*, *Rhodopeja.*
2. Diastole Figura est, quæ docet Syllabam naturâ brevem producere, ùt: *Italiam*, *terrasq;*, *liminaq;*.
3. Synæresis contractam Syllabam facit longam, ùt: *Malo*, *cogo*, *bobus*, *&c.*
4. Auctoritas est alicujus Classici Auctoris Exemplum.

CAPUT

CAPUT X.

De Pedibus.

Pes Metricus est Syllabarum certus numerus & definita collectio. Una Syllaba Pedem non facit.

Pedes Dissyllabi sunt quatuor.	Spondeus		- -	*Lites,*
	Pyrrichius		u u	*Fuge,*
	Trochæus ✠		- u	*Vive,*
	Jambus		u -	*Deo,*
Pedes Trisyllabi sun Octo.	Molossus		- - -	*Virtutes,*
	Trybrachys		u u u	*Sequere,*
	Dactylus		- u u	*Optima,*
	Anapæstus		u u -	*Facias,*
	Bacchius		u - -	*Amicos,*
	Antibacchius		- - u	*Defende,*
	Creticus ✠		- u -	*Sis bonus,*
	Amphybrachys		u - u	*Amicus,*
Pedes Quadrisyllabi sunt sexdecem.	Dispondeus		- - - -	*Virtus merces.*
	Proceleusmaticꝰ		u u u u	*Hominibus.*
	Ditrochæus		- u - u	*Sis fidelis.*
	Dijambus		u - u -	*Modum tene.*
	Choriambus		- u u -	*Majus inest.*
	Antipastus		u - - u	*Viris robur.*
	Jonicus à Majore		- - u u	*Virtutibus.*
	Jonicus à Minore		u u - -	*Honor ingens.*
	Pæon	Primus	- u u u	*Vive pius.*
		Secundꝰ	u - u u	*Deum cole.*
		Tertius	u u - u	*Fuge crimen.*
		Quartus	u u u -	*Fuge malos.*
	Epitritus.	Primus	u - - -	*Volant horæ.*
		Secundꝰ	- u - -	*Currit ætas.*
		Tertius	- - u -	*Cunctis adest.*
		Quartus	- - - u	*Vitæ finis.*

✠ *Choreus.* ✠ *Amphimacer.*

CAPUT

CAPUT XI.

De Carminum Generibus.

Carmen seu Versus est certorum Pedum Compositio.

1. Carmen ratione Diversorum, varias habet Divisiones & Apellationes.
2. Ratione Inventoris est multiplex, *s. Adonium, Asclepiadeum, Glyconicum, Sapphicũ, Phaleuciũ, Pindaricum, &c.*
3. Ratione Materiæ est *Heroicum, Elegiacum, Satyricum, Comicum, Tragicum, Buccolicum, Georgicum, Epitaphicum, Epicedium, Epithalamicum, Genethliacon, &c.*
4. Ratione Pedis est, *Spondaicum, Dactylicum, Anapæsticum, Jambicum, Trochaicum, &c.*
5. Ratione Numeri Syllabarum *Pentasyllabum, Heptasyllabum, Hendecasyllabum, &c.*
6. Ratione Numeri Versuum est, *Distichon, Tetrastichon, Hexastichon, Octastichon, Decastichon.*
7. Ratione Mensuræ dicitur, *Dimetrum, Trimetrum, Tetrametrum, Pentametrum, Hexametrum, &c.*
8. Ratione Depositionis est, *Perfectum, Deficiens, Abũndãs.*
9. Ratione Dispositionis est, *Monocolon, Dicolon, Tricolon, Tetracolon.*
10. Ratione Reversionis vocatur, *Monostrophon, Distrophon, Tristrophon, Tetrastrophon, Pentastrophon.*

Admonitio. *Per istas igitur Divisiones quodlibet Carmen oportet examinare, quærendo: Hoc Carmen quale est ratione Reversionis? &c.* Genera Carminum hæc sunt: *Adonium, Glyconicum, Asclepiadeum, Sapphicum, Phaleucium, Pentametrum, Hexametrum, Jambicum, &c.*

Annotatio. *Genera Carminum sunt hic illa nomina, quibus aut semper, aut sæpius; quàm aliis certi Versus denominantur, quorum nonnulla licèt cæteris quoq; Versibus conveniant, uni tamen appropriantur & unum denotare solent, ut est Pentametrum. Hoc enim licèt conveniat Saphico, Phaleucio. Elegiaco, &c. quæ omnia sunt Pentametra, id est quinq; Mensuras in Scansione facientia, & in quinq; Regionibus Pedes recipientia, tamen ex usu loquendi tantùm Versus Elegiacus per Carmen Pentametrũ significatur.*

De Verſu Adonio.

1. Verſus Adonius duas habet Regiones & Pedes duos: Dactylum & Spondeum, in prima recipit Dactylum, in ſecunda Spondeum ſic:

1.	2.
- ◡ ◡	- -

Nubibus atris
